Xenophontis de factis ⁊ dictis Socratis memoratu dignis Bessarione Cardinale Niceno Interprete. Libri Quatuor.



AEGIDIO VITERBIENSI, CARDINALI AMPLISSIMO DOMINO SVO BENEFICENTISSIMO IANVS VITALIS .S.P.D.



VIA ex totius uitæ actionibus Pater amplissime, ad posteros ea perueniunt; quæ aut honorifice, & præclare facta, aut argute, & sapienter dicta uel Remp. ab impendenti aliquo periculo liberarint, uel Ciuem publico, uel priuato casu oppressum defenderint, uel mortale genus ad bene, beateq; uiuendi rationem instituerint. Operæpretiũ esse mihi uideor animum ita disponere; mentem asuescere, corpus munire oportere, ut quo omnem maiorũ nostrorum curam tendere animaduertimus, ad hunc unum scopum omnia ingenii spicula dirigamus. Vnde non solum ipsi uitam; & laudem consecuti sunt immortalem, uerũ; eam etiam in alios transfuderunt qui facta eorum scribenda suscepissent, aut dicta posteritatis memoriæ cõmendanda curassent, plena itaq; sunt horũ omnia oĩum scripta, quæ nihil quicq̃ aliud exprimere conãtur, nisi ut quæ ab aliis preclare facta, dictaq; sunt, nos imitari doceant, & qui ea præstare ex se nõ possint, scribendo saltem id assequantur, ut & ipsi sua laude celebres euadãt, Dumq; illustriorum uirorum memoriam interire minime patiuntur, ipsi sibi comparent immortalitatem. Hæ profecto sunt potissimæ duæ illæ uiæ ad æternitatem maxime patentes in illa incedit inuictissimus Achilles, in hac uero facundissimus Homerus; in illa pientissimus Aeneas in hac eloquẽtissimus Maro; in illa Hercules, Aiaces, Agamemnones, Alexandri, Pompeii; Cæsares, Reguli; Scipiones, Torquati, Metelli, Catones, In hac Pythagoræ, Socrates, Lycurgi; Minoes; Solones, Dracones, Platones, Varrones; Cicerones, Salustii, Liuii; & præclara oĩs illarũ ætatum clarissimarũ soboles, quæ nobis & recte factorũ, & sapienter dictorũ exempla, & monumenta uictura perpetuo

reliquere. Quos inter oium prudentissimus fuisse uidetur Xenophon, qui cum imbutus esset illa Socratica .i. diuina disciplina; ea, quæ a Socrate; ueluti a numine quopiam aut facta, aut dicta præclare essent ita scripsit ita nobis demonstrauit, ut qua ille mentis ui, atq; animi præstantia dixerit; feceritue, quod memoratu dignum esset, ita is scribendi maiestate oia complexus est, oia exæquauit, ut horum utri magis debeamus in ambiguo reliquerit. Ea omnia a Bessarione Pontifice Niceno, omnium iudicio, undecunq; eruditissimo in linguam nostram traducta cum in manus nostras nuper deuenissent, hortatu ac potius impulsu Cornelii Benigni Viterbiensis tui, uiri de bonarum litterarum studiis optime meriti, in lucem eduxi; ac tuæ amplitudini dedicaui. Quasi ei principi, cui omnia quæ præclare de Socrate predicantur non minus conueniant q ipsi Socrati, qui ita uitam tibi hanc ducendam esse instituisti, ut quotidie ex illa tua diuina natura, & ad omne humanitatis, ac uirtutis officium propensissima; nō nisi aliquid magnum, diuinum, ac te quidem dignum, aut in agēdo, aut in dicendo effluere miremur. Hinc ad Cardinalatus fastigium, nō immerito euectus, Inde ad reges Christianorum missus, uniuersæ Reip. & pietatis nostræ rem intestinis discordiis tumultuātem, pace; & tranquillitate cōfirmaturus; talem tibi gloriā peperisti, ut non minus alio Xenophonte ad res tuas celebrandas opus sit q ad Socratis, & aliorum, in quorum factis, & dictis diuinum illud ingenium ita exercuit, ut meruerit a Scipione illo Aphricano nunq de manibus mitti. Accipe itaq; princeps benignissime tua hæc .i. digna quæ de te dicantur. In quibus profecto agnosces imaginem quandam & Ideam tui sapientissimi Genii, ac toties te ipsum in speculo hoc intueberis, quoties acciderit ut librum hunc ornatissimum legere agressus fueris. Vale, Romæ ex Cubiculo tuo .iii. Nonas Nouemb. M.D.XXI.

BESSARIONIS PRAESBYTERI CARDINALIS NICENI AD IVLIANVM EPISCOPVM CARD. THVSCVLANVM IN XENOPHONTEM DE FACTIS, ET DICTIS SOCRATIS MEMORATV DIGNIS PRAEFATIO.

Veři Crassi apud Ciceronem illam sententiam qua exercitiũ uertendi pbat, ego quoq; apprime utilem existimans Xenophontis, oratoris suauissimi philosophiq; nobilissimi, de factis & dictis Socratis memoratu dignis hos quattuor libros morales e græco in latinum traduxi; eosq; tibi ideo Iuliane patèr optime dedicaui ut tum memorum tibi studiorum quæ summopere a me flagitas rationem reddam tum uel maxime, te auctore qui operibus omnem in his contenctam uirtutem perfecisti, in aures latinorum perueniant; ne enim quisq̃ ubi de iustitia, fortitudine, honestate moderatione, continentia, liberalitate, magnitudine animi, amicitia; officio, itemq; de re publica, de imperio; de re militari; coeterisq; uirtutibus Socrates dixerit ea q̃ sibi non facilia factu putat. præcepta audiens ueluti ficta ꝑ falsis & impossibilibus spernet præsertim cum non Socratem, qui dicta factis exæquabat admonentem uideat atq; tui causa; qui omnibus his uirtutibus præditus es; hæc audiat necesse est, exemploq; tuo spe ductus in imitationẽ studiumq; earum trahatur. Horum sermonum hoc argumentum est. Cum Socrates uir profecto sapientissimus accusatus Athenis iniuria morteq; damnatus fuisset accusationisq; eius duo capita essent, ꝙ scilicet priscos non coleret Deos, sed noua demonia introduceret; quodq; iuuentutem corrumperet, ad hæc ambo redarguenda falsamq; de eo opinionem uulgo habitam refellendam. Auditor eius Xenophon in primis celeberrimus, hos libros conscripsit.

Et primo probato quòd Deos Socrates coleret, tum factis eius tum aliis argumētis. Deuenit secundo ad doctrinam dictaq; eius exponenda quæ suis auditoribus quiq; eum conueniebant adolescentulis conferebat. Quibus palam ostenditur non modo eum non corripuisse iuuentutem. Sed etiam q̄ maxime ad omnem uirtutem capessendam ei profuisse. Vbi & modum eius disputandi acerrimum atq; uehementissimum, materiesq; de quibus disputat, tam admirari licet ut merito putemus, illis potius mortem Socratis qui eum damnarunt, q̄ ipsi damno fuisse qui cum in iudicio capitis pro se ipso oraret ita dixit ut nō supplex aut reus. Sed magister aut dominus iudicum esse uideret.

XENOPHONTIS DE FACTIS, ET DICTIS SOCRATIS MEMORATV DIGNIS. LIBER PRIMVS.



VM sæpe numero cogité quibus de causis Athenienses commoti morte Socraté uirum iustissimũ atq; sapientissimum ꝯdénarunt satis admirari nõ queo q̃si nãq; priscos nõ coleret deos, noua uero demonia introduceret ac iuuentuté corrũperet nomẽ eius aduersarii, detulerunt. Hoc igiẽ primum qđ non coleret Deos quos ẽt ciuitas, quo arguméto osté derunt cum multotiẽs tũ domi tum ẽt in aris cõmunibus Ciuitatis eum constet sacrificasse, cũq; uaticiniis usum fuisse haud esse ignotum: peruulgatum nãq; erat Socraté predicare quẽdam sibi deum apparere. Quamobrẽ ut arbitror accusatus est noua demonia introducere at qui nil noui q̃ non ẽt alii qui auguriis omnibus, signis ac imolationib' uaticinari solent introducebat; quẽadmodum.n.illi nec aues, nec obuiãtes scire aut predicare opinanẽ futura deos aũt p illos ea ostẽdere. Sic ẽt Socrates arbitrabaẽ. At uulgusquidẽ auibus, ac obuiãtibus hortari, aut dehortari asserunt, Socrates uero ut certo sciebat sic ẽt aiebat. Deum.n. quẽdam dicebat, quæ faciũda quæ uero nõ pdocere a quo cõfisus, necessarios ẽt suos admonebat, quæ debeãt facere queq; expediat eis ommittere, tanq̃ a deo prædita; & his q ei parebãt, cõducebatq; uero nõ illos pœnitebat at qs nõ ꝯcedet noluisse Socratem aut stolidũ, aut simulatoré uideri necessariis suis? quæ utrũq; pfecto esse uisus fuisset. Si cũ quedã tanq̃ a Deo mõstrata prædiceret mẽtitus postea uisus fuisset. Cõstat itaq; nõ illa Socraté prædixisse, nisi prius

uera dicere credidisset in quibus cui potius quisq̃ crederet q̃ deo? Cum uero diis crederet, quõ nõ coleret Deos? Præterea de rebus agẽdis quæquidẽ ad hãc uitã agendã necessariæ sunt ea dicere ac facere suis familiaribus cõsulebat q̃bus q̃ optime fieri res ipsas arbitrabaᷓ. De illis uero quoꝵ incertus exitus erat a diis si agẽdæ sint petere hortabaᷓ ac asserebat oĩbus q aut domũ aut Ciuitatẽ recte habitaturi sunt opus esse diuinatione edificãdi nãq; aut fabricãdi aut agros colẽdi, aut hoĩbus dominãdi, aut ꝯputãdi, aut domi militiæq; præsidẽdi artẽ huiuscemodiq; res scisscitãdi, hæc oĩa doctina hoĩes ꝯsequi, suoq; arbitrio eligere posse. Q̃d aũt in his oĩbus maximũ est id sibi ipsi deos ꝯseruasse aiebat, incertũq; hoĩbus esse uoluisse, nec.n. illi q satis suũ colat agrũ. Cõstat qꝫ eo fruiturus sit: nec illi q̃ optime domũ edificet notũ est qꝫ eã sit habitaturus nec duci ꝓderit, neaꝫ nõ exercitũ ducere patet, nec reip. gubernatori certũ est, an utile sibi sit, ciuitati præesse, ne si qꝫpiã uenustã ac pulchrã duxerit uxorẽ, putãs letitiã hinc sibi futurã; clarũ est si pp illã, mesticia sibi eueniet nec si qs potẽtes in ciuitate affines assequaᷓ scire põt si pp illos exulabit a Ciuitate. Hoꝵ itaq; oium si q sunt q nil a diuina ꝓuidẽtia putẽt sed a nostro arbitrio, oĩa pẽdere. hos insanire, qdẽ asserebat. Nec minus ẽt illos insanire aiebat q diuinatione explorãda illa esse arbitranᷓ de qbus discernẽdis data est hoĩbus a diis facultas Si.n qsq̃ interroget utꝵ illũ aurigã ꝓficere quadrigis melius sit q bñ teneat artẽ an illũ q nõ bene sciat: aut utꝵ gubernãdi perito sit nauis cõmendãda an imperito qnæq; liceat aut nũero; aut mẽsura, aut põdere scire, si q sunt q deos de illis interrogẽt, hos nefaria facturos opinabaᷓ ac aiebat, q̃ qdẽ doctrina ꝑcipi dii uoluerũt, discere hoĩes oportere quæ uero incerta hoĩbus sunt illa diuinatione conari a diis ꝯsequi deos nãq; his qbus ꝓpitii sunt ista ꝓpire. Ad hæc ille sp publice oĩa faciebat, mane nãq; deãbulabat & ad gymnasia accedebat, frequẽte uero populo in platea ibi ꝯuersabaᷓ, reliquũq; diẽ illic erat pñs ubi quãplurimos eẽt hoĩes ꝯuẽturus, ubi ille qdẽ ut plurimũ loquebaᷓ oĩ uero

uolenti

uolenti audire licebat. Nemoq; unq̃ nec uidit Socratem facientem, nec dicentem audiuit superstitiosum, aut impium quicq̃; non enim de rerum omnium natura: ut q̃ plurimi alii disputabat, nec quemadmodum, qui a Sophisticis mundus uocatur se habeat, ille considerabat: imo uero illos qui in huiuscemodi contemplandis uacant stolidos esse monstrabat. Primo nanq; id illorum considerabat. utrum (quoniam arbitrantur satis de rebus humanis cognoscere) ad illa rimanda ueniãt, an humanis dimissis, diuinas res contemplantur: recteq; agere opinantur ad mirabatur uero si non constat eis impossibilia hæc inueniri hominibus esse. Cum hi quoq; qui recti, & excelsi in hac gloriantur scientia contraria de eisdem opinentur. ac sicut insani alter ad alterum se habeant. Quemadmodum: enim insaniẽtium quidam nec illa quæ horrida sunt abhorrent. quidam uero: & ea quæ timenda non sunt, pertimescunt: & his quidem nec publice agere, aut facere quodcunq; contigerit turpe esse uidetur. His uero nec conuersandum cum hominibus esse. Et quidam nec templũ: nec aram: nec quicq̃ adorant diuinum: quidam autem lapides, ligna: ac feras colunt: sic ẽt eo℞ qui re℞ oĩum natura cõtemplanda uacãt quibusdam unũ solũ: uidet esse q̃ est, quibusdam uero infinita multitudo: & his quidem omnia semper moueri: his uero nihil unq̃ moueri: & quibusdã omnia gigni: atq; corrumpi: quibusdam autem, nil unq̃ aut gigni, aut corrumpi posse. Petebant uero hoc etiam de huiuscemodi hominibus; utrum quemadmodum illi qui res humanas arte adipiscuntur, & sibi ipsis, ac cœteris arbitrãtur, quodcunq; didiscerint facere posse, Sic etiam hi opinantur: qui res contemplantur diuinas cum sciant. qua de necessitate quibusue de rationibus singula fiunt posse ipsi quoq;, cũ uelint uentos, pluuias, ac temporum facere mutationes: aliaq; si quãdo indigeant similia istis efficere, an nec sperant aliquid tale. Satis uero eis uidetur qua singula horum fiunt ratione cognoscere, de his igitur qui huiuscemodi res tractãt, hæc aiebat, ipse uero de humanis semper disputabat rebus. Con

sos curarent; bonos ac honestos se uiros euasuros, non q̃ se unq̃ pollicitus sit magistrum fore uirtutis. Sed cum constaret, talem ipsum esse; non modicum necessarii sui; quicq; cum illo conuersabantur sperabant; eum imitando si miles se illi futuros. Praeterea corpus nec ipse contemne bat, & si qui fuissent qui negligerent, eos non commenda bat. Itaq; plus q̃ oporteat commedendo plus q̃ deceat labo rare, haec reprobat, tantum uero laborare quantum animus libenter suscipiat illud approbat. Hanc enim exercitatio nem & ad sanitatem satis esse aiebat, animiq; diligentiae non esse impedimento. Insuper nec insolens, nec arro gans erat, aut in uestitu, aut in calciatu, aut in reliqua sua conuersatione nec eos auaros reddebat, qui cum eo conue niebant, ab aliis namq; cupiditatibus eos reuocabat. Si qui uero ipsum audire desiderarent, ab illis non exigebat pecuniam, & hoc faciens libertati putabat operam dare. Nam illos qui mercedem suae doctrinae suscipiebant sui ipsius uenditores appellabat, necesse enim eis esse allo. qui eos a quibus mercedem susciperent. Admirabatur uero si quis cum se profiteatur magistrum esse uirtutis pecuniam exigat, & non arbitratur maximum habiturus lucrum, si bonum adipiscetur amicum. Sed timeat ne is qui bonus atq; honestus ab ipso factus est, non ma ximas gratias illi qui eum maxime benefecerit agat. Socrates uero nihil quidem tale alicui unq̃ pollicitus est. Credebat tamen illorum qui eum conueniebant; quicunq; imitarentur quae ipsae approbabat; ad totam usq; uitam bo nos amicos sibi ipsi ac inuicem esse futuros. Quo igitur modo uir talis iuuentutem corrumperet? nisi quis dicat uirtutem corruptionem adolescentulorum esse. At tan tum accusator aiebat, causam eum fuisse ut leges ciuita tis contemnerentur dicentem stolidum esse magistratus in ciuitate suffragiis eligi. Cum neq; gubernatore, neq; fabricatore, neq; tibicine, neq; aliis similibus nul lus unq̃ forte confirmatis utatur, quae tamen multo le uiora detrimenta inferant, q̃ illa sint, quae in Ciuitate a prae

cunq; uoluerint euasisse. Ego nanq; arbitror, q̃ siquis deorum eis optionem dedisset, aut totam suam uiuere uitam, ut Socratem uiuentem uidebant, aut mori, potius mortem elegissent, ut ex gestis illorum perspicuum est. Nam ut primum arbitrati sunt; in suadendo facundiores cæteris esse. Confestim dimisso Socrate ad remp. gubernandam sese contulerunt, Qua principali de causa Socratem audire desiderarunt. Verum ad hæc forsitan quispiam dicat non oportuisse Socratem antea, suis auditoribus reip. gubernandæ, scientiam q̃ sobrietatem, & moderantiam tradidisse. Ego autem nil ad hoc contradicam Considero tamen omnes quicunq; docerent non modo dicẽdo, illos qui discunt ad ea quæ docent introducentes, Sed etiam operando; eis monstrantes quemadmodum faciant. Scio etiam. Socratem suis auditoribus, bonum atq; honestum hominem se ipsum monstrantem; ac optime de uirtute, omnibusq; aliis rebus humanis, disputantem, illos q̃ cognosco moderatos; & sobrios; fuisse dum conuersabantur cum Socrate non q̃ timerent ne detrimentum aliquod patiantur; aut ne uerberentur a Socrate. Sed quoniam hoc sibi tunc expedire uidebant, fortassis autem nonnulli illorum qui se appellant philosophos dicent, nunq̃ iustum hominem inuitum fore; aut moderatum contumeliatorem, aut doctum in quodam illorum, quorum doctrina est tradita, indoctum, in eo qđ didicit, posse fieri. Ego uero de his aliter sentio uideo nanq; q̃ quemadmodnm ea quæ per corpus fiunt, non posse bene facere illos qui non exerceant corpora. Sic etiam qui non exerceant animum minime posse animi opera agere nec enim quæ faciunda sunt facere, nec a quibus abstinẽdum est abstinere possunt. Quo circa patres & si sobrios sciant liberos suos, prauorum tamen hominum colloquia eis prohibent, quasi bonorum hominum conuersatio exercitium sit uirtutis: prauorum uero destructio, testatur autem hoc etiam qui dicit poeta, bona quidem disces a bonis, q̃ si te misceas prauis ammittes etiam insitam mentem. Quiq; ait uir, autem

bonus,modo prauus,modo bonus, quibus ego quoq; as sentio. Video nanq; q sicut carminum facile obliuiscũtur qui meditatione continua non utanť sic illi qui negligũt, tradunt obliuioni sermones ac admonitiones præceptorũ suoꝝ. Cũ uero qspiam istoꝝ obliuiscať sermonum obliuiscit ẽt illoꝝ quibus animus ad desideratã sobrietatẽ mouetur. Hoc autem facto nil mirum profecto ipsam quoq; sobrietatem obliuioni tradere. Considero etiam illos qui ad uinũ bibẽdi aut ad amores inciderint minus q̃ antea, quæ deceant facere, a quibusq; non deceat abstinere posse. Multi nanq; cum in pecunia expendenda, anteq̃ amassent, parci essent, post amorem non possunt. Et cum pecuniam cõsumpsissent, a quæstu a quo propter turpitudinem antea abstinebant amplius abstinere non queunt. Cur igitur non uideatur possibile eum qui antea sobrius erat, in posterum, non sobrium effici, & qď iuste antea egerit non posse similiter agere postea. Mihi nanq; uidetur omnia quidem bona ac honesta exercitatione homines consequi posse & nõ minus sobrietatem. Cum enim uoluptates in eodem corpore cum anima insint, persuadent ei non exercere sobrietatẽ sed ea quæ sibi ipsis atq; corpori grata sint agere. Itaq; Critias atq; Alcibiades dum Socrate utebantur potuerunt illius subsidio prauas superare cupiditates. Cum autem discesserint ab eo. Critias quidem fugiens in Thessaliam pfectus est; ac ibi cum hominibus conuersabatur pluris iniustitiã q̃ iustitiam facientibus. Alcibiades autem propter pulchritudinem quidẽ, a multis; ac uenustus, mulieribus allectus. propter potẽtiam uero quam in Ciuitatem & apud socios habebat, a multis assentatoribus dissolutus, & a populo honoribus affectus facileq; primas consequutus, sic neglexerit se ipsum quẽadmodum illi qui se in certaminibus gymnasiisq; exerceant. Cum semel primas occuparint facile negligunt se ipsos. Cum itaq; talia illis contigerit, cumq; nobilitate superbirent, diuitiis efferentur, potentia inflãmarentur, a uulgoq; dissoluti ẽent, & his omnibus corrupti ac diu a Socrate distracti, quid mirũ si sunt insolẽtes effecti. Dein

de ſiquid mali cōmiſerint Socratem huius fuiſſem cauſam aduerſarii aſſerunt. Qui autem dum adoleſcentuli eſſent, quando impudici ac ingrati ueriſimiliter eſſe debebāt, Socrates reddidit ſobrios; nulla laude dignū aduerſariis eſſe uidetᷣ. Veꝝ non eo modo cœtera iudicantᷣ. Quis nā tibicē aut Cithariſta quiſq; alius magiſter ſi ubi ſatis ab illis docti fuerint diſcipuli ſui ipſis ommiſſis alios adierint, ibiq; peiores effecti fuerint; cauſa huius fuiſſe dicetur? Aut quis pater ſi filius ſuus, cuiq̄ conuerſatus ſobrie uiuat, poſtea uero adiens aliū uitioſus efficiatᷣ priorē, arguet. Nec tāto magis laudet illū, q̄to magis cū poſteriore peior factus ſit filius ſuus. At ſicuti patres cū eandē habitent, cū liberis domū, dūmodo illi ſobrie uiuant non accuſantᷣ delinquentibus filiis. Sic ēt de Socrate iudicare oportet. Si.n. ipſe qcq̄ egerit mali merito prauus eſſe uideretᷣ, qꝑſi ille uirtuoſe peruixit qūo recte ꝑ non inſita ſibi accuſetᷣ īprobitate. Ego uero ēt ſi nihil ipſe geſſerat mali tñ, ſi cū illos uidere uitiis pollutos laudabat, reprehendendū eū exiſtimarē, a quo tñ longe aberat Socrates tā.n. acriter uitia eoꝝ reprehēdebat, ut cum unus e triginta Tyrānis Critias factus legum lator cum Charicle fuiſſet, recordatus illoꝝ uerboꝝ quibus eum pluries arguit, ſcripſit in legibus. Nulli licere dicendi artem docere. Cupiens depræhendere Socratem, cum in nullo eum reprehendere haberet, Ideo ꝙ contra philoſophos ab imperito dr̄ uulgo, uel Socrati imputabat; & ſuſpectum uulgo reddebat. Nec.n. ego audiui unq̄ Socratem magiſtrum eſſe ſe artis dicendi aſſerentem, nec alium dicentem memini audiuiſſe, ꝙ uero infeſtus erat Socrati, propter reprehenſiones ſuas, patet. Cum enim illi triginta multos interemerunt; & meliores Ciuium, nonnullis uero licentiam iniurias inferendi præbebant. Dixit Socrates nōne mirum tibi eſſe uidetur, ſi quiſpiam bubulcus paucio res ac priores faciat boues, deinde non malus fateatur eſſe paſtor? Hoc multo mirabilius eſt. Siquis cum Ciuitati preſit atq; peiores faciat ciues. Deinde non erubeſcat, nec ſe putet malum eſſe ciuitatis gubernatorem. His uero ad

aures eorum peruentis. Critias, atq; Charicles ad se Socratẽ conuocarunt, legemq; sibi ostenderunt, ac interdixerunt cum adolescentibus colloqui. Socrates uero petiit ab illis an liceat, si quidpiam interdictorum ignoraret interrogare de illo. Et cum illi consensissent. Ego igitur inquit, quoniam parere legibus studeo; ut non per ignorantiam cõtra leges quicq̃ committam hoc a uobis uellem clarius scire. Vtrum cum dicitis abstinendum esse ab arte dicendi istam artem dicendi una cum illis, quæ recte dicuntur esse putatis, an cum illis, quæ non recte dicuntur. Nam si cum illis quæ recte dicuntur, patet q abstinendum est a recte dicendo. Q d' si cum illis, quæ non recte dicuntur nempe conandum est recte dicere. Hic Charicles iratus. Quoniam o Socrates inquit ignoras hæc tibi faciliora intellectu. Iubemus iuuentutem nullo alloqui pacto. Tum Socrates vt ius inquit nõ sit ambiguum, utrum præter præscripta mihi faciam determinetis ad quot annos debeãt homines, iuuenes arbitrati? At Charicles, quousq; dixit in consilium su scipi non possunt, tanq̃ non dum prudentes, nec tu loquere eis, dum Iuniores triginta annorum sint. Hic siquid emam Socrates ait quanti uẽdat interrogem si triginta annorum sit minor? Interroga huiuscemodi res inquit Charicles, tu tamen o Socrates quoniam soles; multa cum scias, quemadmodum se habeant interrogare, hæc non interroges uelim. Nec ergo respondeam dummodo sciam Socrates ait Siquis me iuuenis interrogaret ubi habitat Charicles, aut ubi Critias est? Hæc respondeas licet Charicles inquit. Tum Critias ab illis tamen o Socrates abstinere debes Cerdonibus, ac fabris, etenim; ut arbitror obtusæ factæ sunt aures eis a tua loquacitate. Ab illis quoq; igitur que sequuntur abstinendum est Socrates ait a Iustitia, pietate & aliis huiuscemodi. Ita per Iouem Charicles inquit, & non modo ab istis; sed etiam a Bubulcis. Sin uero caue ne tu etiam pauciores facias boues, quo clarum fuit; q auditο illo de bobus sermone Socratis, irati ei fuerũt. Qualis quidem cum Socrate; conuersatio fuit Critiæ & quemad modum

modum alter ad alterum se habuerint dictum sit. Ego uero ad hæc etiam dicerem nulli ullam utilitatem ab illo fore, qui non ei placeret. Critias autem & Alcibiades nō placente eis Socrate illum audiebant quando audiebant, quapropter a principio statim ad remp. gubernandam conati sunt se conferre. Cum enim adhuc cum Socrate conuersabantur nullis cum aliis potius q̃ cum illis qui præerant ciuitati sermocinabantur. Alcibiadem nanq; fertur anteq̃ uiginti annos natus esset, talia cum Periclide legibus, qui tutor suus erat, Ciuitati præerat, disputasse. Dic mihi quæso Pericles utrum habeas quid sit lex, explanare. Ita profecto Pericles respondit. Dic ergo per deos Alcibiades ait, quoniam ego audiens ꝙ aliqui ut iurisconsulti laudantur; arbitror non esse hominem hac laude dignum qui primo qd sit lex ignoret. Tum Pericles, non difficilem flagitas Alcibiades rem cupiens scire quid sit lex. Hæ enim omnes quasi in unum conueniens & consentiens uulgus conscripsit, quæ sunt faciunda quæue nō explanando sunt leges. Vtrū autem illa faciunda sanxerunt quæ bona sunt an etiā quæ mala? Quæ bona sunt inquit Pericles, non ea quæ mala. Si uero non uulgus sed quemadmodum ubi pauci dominantur pauci illi conuenientes cōscribant, quid faciundum sit, quid hæc sunt. Omnia Pericles ait quæcunq; qui ciuitati præsunt, consultatione de agendis inter se habita scribant, leges appellātur, Si ergo tyrānis etiam scribat quibus dominaē quæ agenda sunt & hæc leges nuncupari debent? Ita inquit quæcunq; tyrānus dum dominatur scribat leges appellantur. Violentia uero & legum transgressio quid sit o Pericles, nonne cum fortior debiliorem non persuadendo sed cogendo impellat facere quodcunq; sibi uideatur? Ita mihi uidetur ait, Pericles. Quæcunq; ergo tyrannus ēt non persuadeat sed impellat ciues facere & hæc legū transgressio sunt? Concessit Pericles; Nego nanq; esse ait leges, quecunq; tyrannus non persuadendo scribat. Quæ uero pauci non persuadēdo sed superando scribunt, utrum dicamus uim esse an non? Omnia inquit pericles, quæ quispiā

non persuasum quempiam siue inscriptis siue non scriptis impellat agere potius. Vis mihi eē uidet ꝗ lex. Quæcunq; ergo uulgus ēt cum superat diuites scribat, nō persuadēdo, uis esset profecto potius ꝗ lex o Pericles. Ita prorsus o Alcibiades ait Pericles. Nos quoq; cum æquales tibi essemus, periti in huiuscemodi fuimus rebus, talia nāq; cogitabam⁹ ac arguebamus, qualia tu mihi uideris nunc meditari. Ad hæc uero Alcibiades Vtinam o Pericles ait tū tecum fuissem cum peritior te ipso in huiuscemodi fueris. Cum itaq; quamprimum arbitrati sunt superiores ciuium esse. Socratem quidem amplius non adibant, nam neq; in aliis eis placebat, & si quando eum adibant increpati de quibus cōmittebant peccatis, ægreferebāt, ad rem uero publicam gubernandam uacabant, cuius rei gratia secum aliquādo fuerūt. Ve℞ Criton Chærephon Chæresicrates Simmias Cæbes atq; Phedondes. Socratis auditores fuerunt Cœteri quoq; qui cum illo conuersabantur, non ut in concionibus aut in iudiciis plurimi ualeant. Sed ut boni atq; honesti effecti, & domo & domesticis, & propinquis & amicis Ciuitateq; ac Ciuibus suis ꝗ optime uti possint. Ho℞q; nemo nec cū iunior, nec cum senior esset, nec aliquid egit mali nec fuit accusatus fecisse. At tamen aduersarius inquit, Socratem Iuuentutem docuisse spernere patres cum eis persuaderet eos sapientiores patribus suis efficere, ac dicere secūdum leges licere ut patrem ēt quispiā afficiat uinculis dūmodo ignorantē, re℞ reperiet argumentoq; tali uteret ꝙ scilicet ignorantem a sapientiore ius esset ligari. Socrates aūt qui uinculis afficeret quempiam propterea quod ignorans esset illū ēt arbitrabatur oportere ligari ab illis qui sciunt ea quæ ipse ignoret. Quapropter non nunꝗ considerabat quid intersit inter insaniam & inscitiā, & insanos quidem pro bono sui atq; suo℞ arbitrat ligandos esse. Inscios uero illorum quæ scire oporteat oportere a scientibus discere. Verum aduersarius addidit ꝙ non modo patres Sed alios ēt ꝑpinquos parui existimandos esse Socrates suis persuadebat auditoribus cū diceret nil propinquos prodesse nec illis qui aduer

sa ualitudine tenētur, nec illis quorum causa in iudicio agitatur. Sed his quidē Medicos, his uero illos qui in iudiciis cōuersantur. Asseritq; de amicis ēt Socratem dixisse nil utilitatis esse si beniuoli nobis sint nisi possint ēt prodesse. Solosq; illos honoribus esse dignos, qui quæ deceant sciant & uerbo explanare possint. Cum ergo persuaderet adolescētibus ꝙ ipse sapientissimus esset aliosq; posset sapientes effi cere tales faciebāt suos auditores ut nil alios oēs comparatione sui putent. Ego uero memini eū & de parētibus Cæterisq; propinquis, hæc dixisse non nunq̃ & ad hæc ꝙ ubi a corpore migrauerit animus, in quo solo prudentia ꝯsistit corpus quam cito fieri potest, quāuis familiarissimi hoīs sit conantur abscondere, dumq; adhuc hoīes uiuant quicquid corporis sui qđ longe plus oībus amāt, inutile esset, ungulas capillos callos Cæteraq; superflua corporis & ipsi incidentes proiciunt; medicisq; cum doloribus & laboribus abscindere præstant, atq; amputāt huiusq; rei gratia, mercedē etiam eis oportere soluere opinantur ac saliuam ab ore, quam longissime possunt spuunt, quoniam nihil insita prodest, sed multo magis nocet. Hæc itaq; Socrates aiebat, nō ꝙ parentem etiam quidem dum uiuat obruendum esse doceret, se autem abscindendum Sed ostendens ꝙ nullius existimatur, ꝙ insipiens est hortabatur ut studeant quam prudentissimi ac utilissimi effici, ut siquis, aut a patre, aut a fratre, aut a quoq̃ alio uelit honorari non contempnat uirtutes, cognatione confisus. Sed conetur ut a quibus honorari desideret etiam possit eis prodesse. Enimuero accusator Socratem inquit solere a Nobilissimis poetis ea dicta eligere, quæ peiora sunt, hisq; ut testimoniis usum docere adolescentes maleficos ac tyrannos esse. Illud nanq; Hesiodi negocium non est obprobrium. Otium autem obprobrium est. Interpretari Socratem solitum asserunt, ꝙ poeta iubeat scilicet a nullo negocio, nec in iusto, nec turpi abstinendum esse. Sed oīa quæstus gratia faciunda. Socratē uero cum arbitraretur negocium esse utile ac bonum homini otium aūt nocuum & malum, & operari qđ bonum. Otio

uero marcescere malum, quosquidé bonum quidpiam fa cientes,uidebat operari dicebat,ac bonos operarios esse;q̄ uero taxillis uacabant. aut aliquod prauum,aut dánosum agebant,otiosos appellabat,& ita recte se habeat dicere,ne gotium nó esse opprobrium.Otium aút opprobrium esse. Carmina illa ét Homeri,aduersarius iquit sepenumero So cratem dixisse,q̄ Vlixes si quemq̄ præstantem,ac ducé con ueniret:hunc suaui sermone cum appropinquaret prohibe bat. O fœlix non deceat uti formidolosum pertimescere, si tu quoq; maneas,& persuadeas populo,permanere.Cum uero quemq̄ uideret Virum plebeum,ac reperiret claman tem hunc sceptro,cœdebat,ac uerbo increpabat. Infelix sede imobilis,acaliis pareas qui p̄stantioreste sunt.tu uero effœminatus, & eneruatus es, necbello necconsilio ido neus. Hæc uero eum interpretati;quasi uelit poeta,ut uer beribus afficiantur Plebei ac pauperes homines. Socrates uero minime ista aiebat; Nam isto modo seipsum primo profecto diceret esse credendum. Dicebat autem q̄ illos qui nec uerbo nec opere prosunt,nec exercitui nec Ciuitati nec ipsa plebe si opus fuerit præsertim si ad hæc audaces;ac insolentes sint hos omnibus modis aiebat,prohiberi opor tere quamuis ditissimi sint,ipe autem inse popularis,ac hu manus erat.Multos náq; tum ciues,tum hospites cupidos sui habens. Nullam unq̄ mercedem suæ doctrinæ exegit. Sed omnibus liberaliter ac sine inuidia suam cómunicabat sciétiam.Cuius cum paruam alii partem accepissent,magni uidebant nec erant ut ille.populares. Sed cum illis qui pe cuniam dare non habebant; colloqui denegabant. Socra tes autem etiam aduenisq; hominibus ornamentum esse uidebatur ciuitati multoq; magis q̄ lichas ciuitati lacede moniorum qui famosus,in hoc genere habitus est,Lichas nanq; aduenientibus in lacedemonia hospitibus gymnasio rum gratia hospitium præbebat. Socrates uero quam diu uiuebat suis contentus maxime utilitati, uolentibus erat Meliores nanq; eos,qui secum conuersabantur; efficiebat. Cum itaq; huiusmodi Socrates fuisset,honore potius quam

morte a Ciuitate affici.ut mihi uidetur,debebat. Nam & si quis secundum leges consideraret hoc idem inueniet. Sancitum nanq; legibus est,illum affici morte debere, qui,aut furabatur aut latrocinabatur, aut rapiebat,aut in ædes alienas irruebat, aut in seruitutem homines redigebat;aut sacrilegium cõmittebat, a quibus ille longe plus omnibus hominibus aberat,Insuper nec ut bellum quod multa mala sequutura erãt,nec seditio;aut proditio;aut aliquod malum accidat Ciuitati, causa unq̃ ille fuerat. Nec priuatim quemq̃ aut bonis priuauit,aut ut incõmodum patiatur procurauit. & nonmodo non fecit sed nec suspectũ se unq̃ de eiuscemodi reddidit rebus,Qua igitur ratione reus esset accusatione,qui pro illo quod opponebatur;quod non coleret deos? colebat eos ut hominibus patefactum erat plus aliis hominibus,pro illo uero q̃ aduersarius;eum accusauerat,q̃ iuuentutem corrumperet,manifeste adolescentulorum qui eo utebantur,quicũq; prauas cupiditates haberent ab illis eos dehortabatur,illam uero uirtutem quæ maxima pulcherrimaq; est,quaq; ciuitates ac domus optime habitãtur Cupere,hortabatur, Hæc itaq; agens, cur non esset in Ciuitate,maximis honoribus dignus? Verum q̃ summopere proderat etiam illis quibus cum cõuersabatur,partim opere seipsum qualis esset ostendens partim disputationibus usus,horum conscribam quæcunq; meminerim. Circa igitur deos eo modo uidebatur dicere; ac agere; quo phicius illis respondet qui interrogant quomodo oporteat agere; aut de imolationibus aut de maiorum obseruantia aut de aliis huiusmodi rebus.Sicut enim Phicius de imolationibus iubet q̃ recte ageret. si quis consuetudine ciuitatis utatur.Sic etiam Socrates & ipse faciebat, Cœterosq; admonebat,eos uero qui aliter agebant,curiosos & inanes arbitrabatur.Orabat autem deos Simpliciter bona præstare tanq̃,optime dii quæ nam sint nobis bona scirent, qui uero aurum aut argentum;aut tyrãnidem, aut quidpiam huiuscemodi a diis orando petebant;illos simile quid opinabatur orare,ac si ludum taxillorum;aut præliũ,aut aliquid

orassent, cuius incertus exitus esset, imolationes autem par ui sumptus; cum pauca haberet, offerens diis nil arbitrabatur differre ab illis qui a magnis diuitiis multa ac magna sacrificarent, Nec enim deos afferebat plus, magisq̄ paruis sacrificiis gaudere, quoniã magis essent eis grata, quæ praui homines offerunt q̄ quæ boni sacrificant. Nec hominibus uiuendum esse dicebat si malorum q̄ bonorum hominum, eént diis gratæ oblationes, Opinabaturq; deos q̄ maxime gaudere a bonis hominibus, eis oblatis bonoribus qua propter illud quoq; carmen cõmendabat, secũdum q̄ potes imortalibus diis sacrificia offeras, erga ẽt amicos aut hospites cœteraq; uitam optimam hanc admonitionẽ esse aiebat. secũdum q̄ potes agas. Si quando aũt quicq̄ a diis sibi ostendi putabat, minus persuasus fuisset. præter ostẽsa facere. q̄ si quis persuaderet ei, ducem in uia cœcum pro uidente recipere, & uiæ ignarum pro cognoscente. Illos aũt qui cauendo hominum opiniones præter illa quæ dii Consulerent facerent, stoliditate accusabat. Ipse uero ꝯsultationem diuinam oĩbus anteferebat humanis, tali aũt modo uiuendi corpus ac animam castigauit, quo quispiam usus; nisi qui diuinum impediat facillime atq; secure degat, tantoq; sumptu non careat, tam enim paucis utebatur, ut nescio quis tam modicum laboraret, qui non posset lucrari quæ Socrati satis essent, cibo nãq; tanto utebat quãtum Iocunde cõmedebat ad illud atq; ibat paratus ut pro epulis esset sibi cupiditas comedendi potus uero oĩs erat ei gratus propterea q̄ nunq̄ bibebat nisi sitiret. Si quando uero in conuiuium conuocatus uoluisset ire, a quo difficillimum pluimis cauere est præterq̄ deceat saturari facillime ipse ab illo cauebat. Qui uero hoc facere non poterant, his consulebat abstinere ab illis quæ persuadent, nõ famescendo comedere, neq; sitiendo bibere. Hæc. n. esse aiebat quæ uẽtribus capitibus atq; animis noceant. Arbitrari aũt Iocando dicebat id circo sues homines effici, a Circe, quoniam multis talibus illos nutriebat. Vlixem aũt partim. Mercurii consilio partim abstinentia sua, suem factum non fuisse, huiusce

modi de his serio simul ac ioco dicebat. De rebus uero ue nereis superandis admonebat a pulchris abstinere uehemē ter. Non.n.esse facile aiebat;cum tales homo tangat,mode stum esse. Qui propter illos qui non moderati ad res uene reas essent arbitrabatur talibus uti debere;quibus nimium corpus indigeret,nō reciperet animus. Si uero corpus indi geret nō pstarent occupationes aīo. Ipse aūt ita ɔtra hæc ar matus erat,ut facilius a pulcherrimis mulieribus abstineret q̄ a turpissimis alii,circa quod cibū ac potum, & ueneteas res abstinentissimus erat ac arbitrabatur,non minorem ab stinendo uoluptatem habere quam si quis magna cura uo luptates acquirat;dolorem uero multo minorem. Si uero quidam Socratem opinantur;ut ex coniectura quippiā de illo scripserunt, optari quidem homines ad uirtutem opti mum,introducere uero in eam minime sufficientem fuisse Considerent non modo q̄ causa temptamēti interrogatio nibus usus,illos qui oīa scire opinabanť redarguebat. Sed ea ēt quæ cum suis auditoribus colloquebať indies ac isto modo iudicent,utrum poterat illos reddere meliores,qui cum eo conuersabanť. Dicam uero primū quæ quondam eum de prouidentia cū Aristodemo q paruus cognomina bať,audieram disputantem,Cum enim eum consideraret, nec diis sacrificantem;nec diuinatione usum quin in con temptu habentem ac deridentem illos qui ea faciant. Dic mihi Aristodeme,inquit sunt quiq hominum quos ut sa pientes admirari habes? Ita esse respondit. At ille expone nobis nomina inquit. In uersuum ait compositione Home rum ego per maxime sum admiratus. In dithirambo Me nalippedem. In Tragedia Sophoclem. In arte statuaria Po licletū. In pictura Zeuxim. Vtrū autem Socrates ait illi tibi uidenť magis admirādi esse,q insipiētia & imobilia simula cra operanť,an illi q̄ aīalia sciētia & mobilia? Multo p Iouē inquit,qui aīalia faciant presertim si non forte. Sed cogita tione hæc fiant. Illoꝝ uero quæ incerta sunt ad quem finē tendant quæq manifeste in utilitatem cedunt hoībus utra fortunæ,ac utra iudicas rationis & cogitationis opera esse,

Quæ in utilitaté sunt inquit rationis opera esse decet. Quid uero non ad utilitatem tibi uidetur addidisse hominibus sensus, per quos unumquodq; sentirent ille qui a principio eos fecerat: Oculos ut uisibilia uideant, Aures ut audibilia audiant. Sic etiam de olfabilibus; quorum nulla esset utilitas, si non additæ nobis nares fuissent. Dulcium etiam ac acutorum quis nobis esset sensus si nõ fuisset nobis lingua data iudex illorum? & ad hæc non uidetur tibi hoc etiam prauidentiæ opus fuisse, q cum uisus imbecillis esset palpebris eum circumuallare, quæ cum opus fuerit uti uisu, aperiuntur, in somno uero, clauduntur. Vt uero ne uenti nocere possint pilos palpebrarũ, quasi decolatorium at supercilia eminentia super oculos imposuit ne, qui descendit a capite, sudor noceat. Q đ autem aures suscipiunt quidem oẽs uoces, nunq̃ uero implentur. Dentiumq; anteriores quidẽ omnibus animalibus tales constructi sunt, ut incidere possint. Molares autem ut ab illis cibum incisum susceptũ molere ualeant. ac os per quod animalia, ea quæ capiunt; imittunt in uentrem, penes oculos naresq; situm est, Turpium uero; ac fœtidarum rerum, quæ proiicienda sunt illorum inquam conductus retro costruxit, ac regionem eis tribuit q̃ longinquã a sensibus. Hæc omnia cum tanta preuidẽtia facta dubitas an fortunæ; an rationis sint? Non per Iouem inquit. Quin ita consideranti mihi, uidetur hæc omnia sapientissimi creatoris; animãtibusq; affecti, opera fuisse. Q đ autem cupiditatem procreande prolis ĩnatam nobis ĩmisit matribus uero cupiditatem nutriẽdi. Procreatis autem atq; nutritis, magnum uiuendi desiderium maximumq; moriẽdi timorẽ, & hæc omnia nempe uidentur illius esse qui cõsilio & cogitatione esse animãtia uoluit. Tu uero teipsum non putas aliquid habere prudentiæ? aut cum habeas. Non ne alibi ẽt arbitraris prudentiam esse? præsertim cum scias paruam te partem; a tota terra, magna existente, habere in corpore? a totaq; quantitate humiditatis paruam partem; aliorum quoq; quolibet magno existẽte a parua parte corpus tibi compositum esse? Intellectum autem putas si nuþ

libi esset

libi esset te potuisse fœliciter habere? Aut hæc omnia tam multa & infinita multitudine tanq magna propter ignorá tiá bene ordinata esse putas? Ita puto me Hercle. Non enim uideo qui ea ordinent sicuti uideo qui ista, fabricantur quæ in hoc mundo fiunt. At nec tuum animum, tu uides qui in corpore dominatur ita ut secundum hoc liceat tibi dicere non ratione sed casu omnia facere. Tum Aristodemus nō negligo ego deos o Socrates inquit, Sed arbitror eos ma iores esse, ꝙ ut indigeant, meo cultu. Immo Socrates ait quanto tibi maiores esse uidentur tanto magis colendi a c adorandi sunt. Scias o Socrates inquit ꝙ si arbitrarer deos hominum habere curam non negligerem eos; & cur ait, non opinaris eos de nobis curare cum uideas eos primum quidem, solum hominē animalium rectum creasse; ꝙ mul ta prouidere posse facit, magisq respicere quæ supra se sunt ac minus laborare, uisumq & aures, ac os dedidisse. Dein de aliis quidem serpentibus pedes, solum prestasse, qui ad ambulandum conferunt solum, homini uero manus quo q addidisse, quibus plura operatur. propter quæ fœliciores cœteris animalibus sumus. At linguam cum omnia anima lia habeant; solam humanam talem fecisse, ut mō aliam, modo aliam partē oris tangat, ac uocē articulet, alterq alte ri, quæcunq uelint significent. Voluptates quoq uenereas cum cœteris animalib⁹ determinasset in aliqua parte anni, nobis continue ad senectutem usq prestasse. Non uero satis habuerunt de corpore nostro curasse. Sed quod maius est, animum quoq ꝙ optimum homini imiserunt. Cuius nāq alterius animalis animus, primum quidē cognouerat; ma ximarum optimarumq rerum creatores deos eē. Quid ue ro aliud genus præter homines deos colit, aut quæ anima accōmodatior humana est, uel ad famem præcauendam, uel sitim, uel frigora; uel æstus; aut morbis obuiandū, aut robur exercitatione consequendum, aut ad doctrinam per cipiendam laborandum, aut quæcunq audierit uel uide rit, perdoctusq fuerit; memoria retinendum? An non mi nus tibi perspicuum est quasi deos inter cœtera animalia,

homines uiuere, Ipsa natura omnibus aliis corporeq; ani maq; præstantes? Nec enim si bouis corpus haberet, men tem autem hominis: quæcunq; uoluisset agere potuisset. Nec illa quæ cum manus habeant amétia sint aliquid plus habent, tu uero cum utrunq; optimum a diis habeas nõ ar bitraris eos tui curam habere? Quando ergo aut cum quid faciant putabis eos pro te curare an cum consiliarios tibi mittant, quemadmodum tu dicis eos mittere debere, ac in struant, quid agendum quidue non agendum sit. Cum ue ro ait Atheniensibus, per diuinationem interrogantibus quippiam respondeant, aut Cœteris græcis; aut omnibus hominibus aliqua quibusdam prodigiis futura significẽt, nonne tibi quoq; putas eos respondere. Sed te solum parui facere atq; contemnere arbitraris. An tu putas opinionem hominibus de diis innatam fuisse, sufficientes eos ad bene uel male, agendum esse, si non essent sufficientes? ac arbitra ris homines perpetuo deceptos nunq̃ sensisse? nonne consi deras quod illæ ciuitates ac gentes maxime deos colunt, quæq; uetustissime sapientissimeq; sunt? Aetatum quoq; illa piissima, quæ prudentissima etiam est? Disce o optime ait; tuam etiam tibi insitam mentem; quemadmodum ue lit tuum corpus gubernare. Itaq; opinandũ est illam, etiam quæ totum continet sapientiam quemadmodum sibi pla citum est sic omnia gubernare. Nec putas tuum quidem oculum posse ad multa, usq; passuum milia peruenire. Diui num autem oculum impossibile esse simul totum conspice re. Aut tuam quidem animam de his, quæ apud diuersas regiones, geruntur aut athenis, aut Siciliæ siue apud ægy ptios posse cogitare. Prudentiam uero diuinam omnium simul non posse curare? Nempe si quemadmodum cũ gra tum hominibus facias. Facile eos qui gratum tibi faciunt cognoscere potes. Cumq; Consilium pẽtas qui nam prudẽ tes sint aut ignoras. Sic etiam diis grata faciens experientiã Capere uelis si qui eorum consulerent quæ incerta homini bus sunt, scies eos ꝑfecto tales esse ut simul omnia uiderent ac audirent, & ubiq; adessent, simulq; oĩum curã haberent.

Itaq; mihi uidetur cum hæc diceret suis auditoribus persua dere; non modo cum ab hominibus uideantur ab iniustis & turpibus & impiis rebus abstinere. Sed non minus cum in solitudine essent, cum certo tenerent nihil eorum quæ agerent deos latere. At si bonum ac honestum homini bus continentia est, consideremus utrum introducebat ad eã huiuscemodi dicens. O uiri aiebat, si bello nobis indicto eligere hominem uelimus; per quem nostram salutem; ac aduersariorum conflictum Consequuturi sumus, num illũ eligemus qui gulę, qui ueneri, qui uino, qui somno seruit, quilaborem pferre nõ possit? At quo pacto cũ talis ille sit, aut nos saluos facere, aut hostes nostros conuincere possit? Si autem ab hac uita migraturi uelimus testamento cuiq; aut filios educandos aut filias uirgines conseruandas, aut custodiendã pecuniã relinquere, num hominem inconti nentem arbitrabimur aptum ad hæc esse? Seruo uero non continenti, cõmendabimus aut pecudes; aut ærarium, aut cuiusq; operis curam? Ministrum autem talem, aut empto rem, gratum etiam nobis datum acceptabimus? quod si nec seruum incontineutem habere, expediat multo magis de nobis ipsis ne tales efficiamur euadendum est. Nõ enim quemadmodum iniusti cum aliorum pecuniam arripiant sibiipsi diuitias accumulant. Sic etiam incontinens cœte ris quidem nocet sibiipsi prodest. Verum cœteris etiam si biipsi multo plus nocet. Siquidem perniciosissimum est non modo suam domum destruere; Sed nonminus cor pus ac etiam animam propriam. In conuersatione uero qs uolet cum ipso conuersari, qui cibo ac potu ac meretricib⁹ potius q̃ amicis affectus sit. Nõne oẽm hominem oportet: cum continentiam sciat uirtutis fundamentum esse hãc pri mam in animam deponere? Quis nanq; sine ista aut quicq; disceret bonum, aut exercitatione perciperet. Aut quis uo luptatibus seruiens, non omni turpitudine corpusq; animã q; suam polluet. Mihi enim me Hercle, uidet acceptabile esse libero uiro nec seruum talem habere Quod si ipsemet hu iuscemodi seruiat, uoluptatibus deprecari deos, oportet, ut

bonos dominos consequi possit. Hoc enim modo dumtaxat talis homo saluus effici possit. Cum uero hæc diceret Socrates multo continentiorem se operibus quam uerbis monstrabat. Non enim solum has uoluptates quæ per corpus acquiruntur superabat. Sed illas etiam quæ per pecuniã Non merito putas eum qui a quocunq; pecuniam recipit, sui ipsius dominum illum constituere, ac seruitutẽ subire, nulla quauis alia minus turpem. Dignũ autem duco quæ q; cum Antiphone sophista disputauit nõ præterire. Quondam enim uolens Antipho, auditores Socrates ab illo abducere, adiẽs eum præsentibus illis, sermonem in hunc modum, habuit. Ego quidem Socrates arbitrabar eos qui philosophiæ operam dant fœliciores effici oportere. tu uero mihi uideris ista tua philosophia in contrarium frui, talem enim uitã ducis; qualem nullus seruus domino subiectus substineat, cibumq; sumis atq; potum uilissimum bibis uesteq; non modo trita, Sed etiam eadem tam in æstate q̃ in hyeme uestitus es. Insuper nudis pedibus & absq; tunica incedis & ad hæc pecuniã quæ & cum congregatur lætificat, & accumulata quã uoluptuose uiuere facit, accipere renuis. Si ergo quemadmodum cœterarum artium magistri; discipulos suos imitatores sui efficiunt si etiam tu tuos auditores similes tibi reddas, infœlicitatis nempe te esse magistrũ non dubites. Tũ ad hæc Socrates mihi uideris o Antipho inquit tam miserrimã me ducere uitam arbitrari ut citius elegeres mori; q̃, quo ego, uiuere modo Age ergo, confideremus consideremus quid uitii in mea uita comprehẽdisti. Vtrum quoniam accipientibus quidem pecuniã necesse est illud facere super quo mercedem accepeũt, Mihi uero cũ non recipiã, nec necessitas sit disputãdi cum quibus nolim. An modum uiuendi mei parui existimas; atq; opinaris q minus ego q̃ tu, salubria ederem aut minus nutritiua? An putas fortassis ꝯparatu ea difficiliora eẽ quibus ego utor q̃ q̃bus tu ipse, eo qd tua sumptuosiora, ac minus usitata sunt? Verum forsitan delectabiliora tibi quæ pro te apparant̃ du cis q̃ mihi quæ ego sumo. At qui ignorat eum qui cum au

ditate comedit minime epulis indigere quiq; cum auidita te bibat minime potum exquisitum absentem desiderare. At uestibus quicunq; diuersis utunt frigoris & æstus causa mutant calceisq; pedes induunt,ne propterea quæ pedes offendunt ambulare impedantur. Dic igit quæso si quando me cóprehendisti aut frigoris causa plus cœteris domi manentem:aut æstus gratia pro umbra cum aliquo contendé tem aut propter pedum dolorem non prodire quocúq; uellē. Nóne certo tenes eos ipsos qui natura ipsa corporis imbecillis sunt per exercitationem tamen multo fortiores ad ea quæ meditantur effici,ac facilius ea substinere quam illi qui corpore fortissimi inexercitati tamen sunt: Cur igit me quoq; non opinaris per exercitationem oia posse sufferre facilius te non exercitato? Enimuero quanto tu putas cám esse non gulæ non somno non deniq; luxuriæ seruire q̄ q; cœtera multo dulciora his habeam,quæ non modo cú habeant delectant.Sed non minus dum adhuc sperant,pdesse possunt. Insuper hoc quoq; fugere te non oportet.Q d qui cunq; se arbitrant in his in quibus agunt proficere,delecta ri non possunt:qnicunq; uero siue in agris colendis,siue in nauibus gubernandis,siue in quacunq; alia arte peragenda proficere uideant tanq̄ fœliciter degétes oblectantur.Quo q; a nullo istoꝝ oíum talis nobis læticia nascitur;qualé habere quis possit,cum se putet effici melioré ac meliores amicos acquirere.Q d equidem indies deme arbitrari non desino Propterea siquid aut amicis aut Ciuitati prodesse oporteat;cui plus otii ad hæc procuranda esset:Vtrum illi q qué admodum ego,an illi qui ut tibi beatum uidetur sic uiuat: Ad rem aút militarem utrum qui senem sumptuoso uictu uiuere non possit;an illi cui satis omne q; ɔtigit est, aptior iudicabit.Aut utrum ille citius expugnabit, qui inusitatis & sumptuosis indigeat an ille qui mediocriter utatur illis ét quæ in cómuni usu sunt: Videris o Antipho fœlicitatem deliciis,& diuitiis applicare. Ego aút. Nullis quidé indigere rebus, diis appropriatum minimis uero illoꝝ esse duco qui quam proxime superis sint, & deos quidem optimos

oībus,qui uero diis appropinquant proximos optimo exi
ftere. Rurfus cum quondam idem Antipho cum Socrate
difputaret. O Socrates ait ego te iuftum quidem effe arbi
tror Sapientem aūt minime quod ēt tibi conftat ut puto,a
nullo nāq; propter q̄ tecum conuerfant pecuniam exigis.
At q̄ fi ueftem aut domum,aut quippiam illorum quæ pof
fides prætio dignū exiftimares,non modo gratis non da
res,Sed nec pro minori pecunia q̄ ualeat.Itaq; perfpicuum
eft mercedem tuæ conuerfationis,te petiiffe profecto nō mi
norem q̄ oporteret,fi quam utilitatem poffe eam conferre
hoībus fues.Iuftus igit non iniuria es,cum nō decipias ho
mines exigendo pecunias.Sapiens aūt minime cum nil lau
de dignum cognofcas. Ad hæc aūt Socrates apud nos o
Antipho inquit fancitum eft pulchritudinem ac fapiētiam
uendere,partim honeftum,partim turpe exiftere.Pulchritu
dinem namq; fi quifq̄ pecunia proftituat omni uolenti,for
nicatorem eum appellat.Siquis aūt quemcunq; fenferit bo
num & honeftum fui amatorem effe cum illo in amicitiā
coniungat. Illum modeftum putamus fapiētiamq; simili
ter,fiquis ut Sophifte folent facere oī uolenti pecunia uen
dat quafi fornicatorem nominant. Quicunq; aūt ingenio
præditum hominem docendo quodcunq; boni ipfe fciat,
amicum fibi effic iat;huncilla arbitramur agere,quæ bono
honeftoq; ciui faciunda funt. Itaq; o Antipho ficut alius
quidam aut equo bono, aut cane,aut auibus delectatur,fic
& multo magis etiam ego bonis amicis delector ac eos fi
quid ego boni fciam doceo.Cæteris quoq; eos cōmendo
quos putem pro futuros eis ad uirtutem percipiēdam.The
faurofq; fapientum prifcorum quos illi litteris mandantes
nobis reliquerunt,una cum neceffariis meis reuoluens fiqd
reperiamus boni elicimus,magnumq; lucrum arbitramur
fi amicitia coniungamur.Cum ergo ipfe hoc audirē & ille
mihi uidebat effebeatus,fuofq; auditores ad uirtutem con
ducere.Cum aūt iterum Antipho interrogaret.Socratē cur
cum alios putet reip.gubernatores efficere,ipfe non uacet
in ipfa Ciuitate gubernanda,fiquidem hoc facere fcit.Vtrū

o Antipho inquit solus remp. melius gubernarē an si q̄ plurimos ad hoc opus sufficiētes efficiam. Vtrum aūt suos auditores a simulatione, deortabatur uirtutiq; operam dare hortabať hinc apparebat. Semper nāq; dicebat non esse meliorem uiam ad honores acquirēdos nisi per quam bonus quisq; effici, & non uideri uelit. Quod aūt hoc uerum esset sic demonstrabat. Consideremus nāq; aiebat si quispiā non bonus tibicen, apparere uelit, qd sibi faciundum esset. Nōne in illis bonos tibicines imitari debet quæ extra artem p̄ positam sunt? Primo nāq; quoniam illi supellectilem ornatam possident ac multos pedisequas obducunt, & huic similiter agēdum est. Deinde cum illi a multis laudenť, & huic multos laudatores sibi præparandum est. Veꝝ opus nullū est faciundum ꝙ si tentare confestim ridiculus apparebit, & non modo malus tibicen sed homo ēt simulator. Atq si cum pecuniam grandem consumeret nihil utilitatis acqret, quin malam de se hoībus existimationem relinqueret, quo pacto nō ridiculose & inutiliter uiueret, cumq; dolore atq; memore? Similiter si quis, cum non bonus existens aut imperator, aut gubernator apparere uelit, qd accideret ei p spiciamus, Nempe, si cum desideret apparere sufficiens esse ad hæc peragenda persuadere non possit, tristissimum est. Qd' si persuadeat multo miserabile. Constat.n.ꝙ si aut gubernare constituať, aut exercitum ducere q nescius haꝝ artium est perdet eos ,pfecto quos minime uelit, ipse quoq; turpiter ab incepto cessabit eadē ēt ratione inutile monstrabat esse diuitem. aut fortem, aut robustum quēpiam cū non sit apparere uelle. Iuberi.n.eos aiebat maiora q̄ possint. quæ cum agere non queant appareant tñ sufficientes ad hæc peragenda ueniam minime consequunť, deceptorem autē non illum appellabat qui cum parum quippiam aut argentum, aut uasum quodam persuaso accipiens, eo illum priuaret. Illum uero multo maiorem q cum nullius pretii sit seductionibus persuadebat sufficiētem se esse ciuitati præesse Mihi itaq; uidebať cum hæc Socrates asseteret a simulatione etiam suos auditores abducere.

XENOPHONTIS DE FACTIS ET DICTIS SOCRATIS MEMORATV DIGNVS LIBER SECVNDVS.



VM VERO huiuſcemodi diceret,uidebať mihi ad continentiam cibi,potus,libidinis ſomni,frigoris,æſtus, atq; laboris,ſuos auditores impellere,ſentiẽs.n.quendam eorũ qui ſecum conuerſabantur,incontinentem, ad hæc.Dic mihi ò Ariſtippe ait,ſi oportuerit duos adoleſcentulos tibi traditos,alterum ut dominari poſſit,alterum uero ut nunq̃ deſideratet dominium,educare,quo utrũq; erudias modo? An approbas,ut à nutrimento ipſo tanquam ab elemento incipiẽtes; conſideremus?Approbo Ariſtippus ait,Nutrimentum nã q; principium omnium eſt,nec ullus uiuere poſſit,ni nutriatur, Velle igitur,cum tempus adeſſet cibum ſumere, utriq; q; ueriſimiliter conuenit.Conceſſit Ariſtippus.Eligere uero potius illa agere quę cogunt,q̃ ueneri ſeruire,utrum iſtorũ aſſueſacere debemus? Illum inquit me Heſcle; qui dominandi artem diſcit,ne res ciuitatis propter ocium illius languefcant,& cum bibere uelit, poſſe ſitim ſufferre,eodem addatur neceſſe eſt ait.Ita prorſus Ariſtippus inquit.Continentem uero in ſomno capiendo eſſe,ut poſſit& tarde dormitum ire,& ante diluculum ſurgere ac uigilare ſi opus fuerit,utri,addendum eſt? Hoc etiam inquit eidem,à Venere autem inquit abſtinere,ne propterea impediatur agere quæcunq; oporteat,& hoc reſpondit Ariſtippus eidem addere addere oportere. Non abhorrere uero labores. Sed ultro eos ſubire?Et hoc inquit eidem conuenit?Diſcere aũt ſiqua doctrina ad aduerſarios ſuperandos conferat,cui magis cõuenit?Illi per Iouem inquit qui ad dominandum intendit. Nil enim cœtera proderunt, ni iſtis doctrinis ſit eruditus. Qui ergo huiuſcemodi rebus ſit prædictus,nonne tibi quoq; uidetur?minus q̃ cœtera animalia,ab aduerſariis mancipari?Iſtorum enim quædam,à uentre ſeducta,quis nõnulla

ſuſpicentur

suspicentur futura pericula, cupiditate tamen edendi, ad laqueum usq; ducta capiuntur, quædam autem peto insidiatur. Ita est inquit. Cœtera uero propter libidinem, ut puta Perdices, ad uocem fœminę cupiditate & spe ducta. ita ut non possint pericula prę uedere, incidunt ad laqueos. Concessit Aristippus. Num igitur tibi uidetur Socrates ait, turpe homini esse, eadem pati quæ etiam ferę insipientes, sicuti adulteri carceribus mancipantur, cum tamen sciant periculum esse adultero quæcunq; leges minantur pati, ac insidiari & capi, & Cõtumeliis affici? Cum igitur talia immineant? & mala turpissimaq; pericula, multaq; sint quæ à cupiditate uenerea illum liberarent, nõne infœlicissimi & insanientis hominis est, ad hæc pericula impelli? Itaq; inquit mihi quoq; uidetur. Cum autem plurimi atq; necessarii actus hominum, palam omnibus, & in campis, agendi sint, ut pote bella agriculturæ cœteriq; quàm plures, nõnullos hominum exercitatos nõ esse ad frigus & æstus sufferendos, nõne magna desidia est? Magna inquit per Iouem. Concedis igitur ait, in illis quoq; facile ferendis, eum qui princeps futurus est, oportere exercitatum esse? Prorsus inquit oportet. Si itaq; in his omnibus continentes, cum illis cõnumerandi sunt, qui dominandi arte erudiantur, qui nõ possunt hoc agere, nempe cum illis aggregandi sunt, qui longe absint à spe dominandi. Concessit etiam hoc. Cum igitur utriusq; horum inquit haud ignoras gradum. Considerasti aliquando, quo cum te ipsum aggregare debes? ita inquit Aristippus, nulloq; pacto cum illis esse cõnumerandũ existimo qui dominari uelint. Valde nanq; insipientis hominis, mihi esse uidet, nõ satis habere si sibiipsi quæ oporteat compararit cum hoc etiam solum maximum sit. Sed obligare se uelit, ad ea præstãda cœteris etiam ciuibus quibus indigeant, ac sibi quidem ipsi non posse satis, in omnibus facere; gubernando autem Ciuitatem, si nõ opera sua quæcunq; uelint Ciues adipiscantur, suppliciis affici. Hæc quis non dicat magnam insipientiam esse? quemadmodũ enim ego meis ministris, sic etiam ciuitates uti debere exi

ſtimãt magiſtratibus ſuis.Ego nanq; dignum duco,famu los meos mihi quidem copioſe, ꝑparare quibus indigeã, illos uero nihil illorum tangere. Ciuitates quoq; oporte re,arbitrantur,ſibi quidem ipſis opera magiſtratuum quã plurima bona præberi.Illos autem ab omnibus illis abſti nere. Ego itaq; illos quidem, qui uelint, multis negociis obrui;ac aliis occupationes præſtare eo quod dictum eſt modo eru diens, Cum his aggregabo qui dominandi cu pidi ſunt.Me autem ipſum cum ipſis cõnumerabo qui ma gni faciant,ꝙ facillime & ſuauiter uiuere. Tum Socrates placet inquam etiam hoc conſiderare,utrum principes an ſubditi iocundius uiuant.Vehementer placet ait. Gẽtium itaq; inquit quæ ad noſtram uſq; peruenerunt notitiam,in Aſia quidẽ perſę dominant. Seruiũt autem Syri Phryges & Lydi. In Europa uero Scythæ dominant,iuſſa autem ca piunt Mæotæ. In Libya autem Carthaginenſes dominã tur,obtemperant uero libyes. Vtros igitur horum ſuaui us uiuere arbitraris? aut græcorum,cum quibus tu quoq; habitas?Vtrum illi qui ciuitatibus præſunt,aut qui ſubditi ſunt,Iocundius tibi uiuere uidentur?Sed ego tamẽ qui in quit Ariſtippus neq; in ſeruitutem me aggregandum eſſe duco,Sed in media horũ uia;quæ neq; in principatu neq; in ſeruitute ꝯſiſtit.Sed in libertate,quæq; maxime ad fœli citatem ꝯducat. At tñ Socrates ait,ſi queadmodum,neq; in principatũ,neq; in ſeruitutem, hæc uia ducat,ſic ẽt nec inter homines,te duceret,fortaſſis recte diceres. Quod ſi cum hominibus conuerſatus,nec dominari nec ſeruire ue lis;nec illi ultro obedias, qui ciuitatibus præſunt;ſcias ue lim non ignorare ſuperiores quibus modis ſui inferiores; priuatim & publice ſeruos etiam nolentes efficiant ac ut ſeruis uterentur. Non enim te fugit quot ſegetes,& arbo res nõnulli metunt ac incidunt quas alii ſeminarunt atq; plantarunt.Omnibuſq; modis cõſtringunt obſidionibus quos nouerunt inferiores eſſe quoad perſuaſerint eis ſerui tutem potius ꝙ bellum cum fortioribus eligere. Priuatim etiam qui fortes & potentes ſunt;imbecilles ac impotẽtes

seruituti mancipant atq; potiri eis conantur. Sed id circo Aristippus, ait, ne huiuscemodi patiar in nullā temp. ascri bi me nolui, Sed ubiq; sum hospes. Hic Socrates adhuc hoc ait; multo mirabilius dicis, Nā postea q̃ Sinnes & Scy ron atq̃ Procrustes obierunt nemo quidem hospitibus in iuriam facit uerumtamen omnes quibus quā optime suas inhabitare ciuitates curae est, leges ut a nullo patiantur in iuriam ponunt amicos una cum necessariis alios etiam cō parare conantur, adiutorii causa ac ciuitates muniunt mœ nibus & armis quibus se tutari possint, utuntur, & ad hæc [illegible]etiam aliunde socios præparant, & tandem cum his omnibus iniurias & nōnunq̃ patiuntur. Tu uero nihil illo rum habens; in uiis autem ubi plurimis iniuriæ inferunt, multo tempore uersatus. In quacunq; uero ciuitate adibis Ciuibus omnibus inferior ac talis existens, quales ut pluri mum spernunt quicunq; iniuriam inferre uelint, propterea tñ q hospes es putas te non passurum iniurias: an ꝓpterea q Ciuitates securitatem tibi & eunti & abeunti pollicent, confidis, an forsassis quoniam seruus etiam talis opinaris esse futurus, qualis nulli proderit domino? Quis nanq; ha bere in domo hominem uelit, q laborare quidem renuat omnino, sumptuoso autem apparatu utat. Consideremus ergo quo pacto talibus seruis domini utantur, Nonne libi dinem quidem illorum fame castigant? Furari uero prohi bent; cum ab eis auferent omnem furandi facultatem, Cō pedibus autem fugiendi amputant libertatem, ociositatē uero uerberibus excitant: an quomodo tu facis; cum talē quemq̃ tuorum ministrorum esse deprehendis? Suppliciis uero omnibus afficio ait quoadusq; bene seruire cogunt Sed tamen ô Socrates inter illos qui dominandi artē stu diant; quam tu fœlicitatem esse ducas? At illos qui co acti ex necessitate, multis laborant incōmodis nihil inter esse mihi uidetur; siquidem famescēt, sitient; & uigilabunt, ac frigoribus aliisq; afficientur laboribus ultro. Ego nanq; nescirem quid differt eandem pellem, aut sponte, aut inui tecedi, siue idē corpus his omnibus aut sponte, aut inuite

subici. Nil enim aliud nisi insanire, mihi uidetur qui hæc ultro substinere uelit. Ad hæc uero Socrates, nõne Aristippe inquit ista ratione tibi uoluntaria, a contrariis differre uidentur? qua qui ultro famescat edet cum uoluerit, quicq sponte, sitit bibet, & in aliis similiter. Qui uero ex necessitate patitur, nõ licebit ei, cum uoluerit ab his liberari? Præterea qui sponte hæc patitur bona spe ductus letatur, Quẽadmodum illi qui feras uenantur; spe capiendi libenter laborant. Atq talia præmia laborum paruifacienda sunt, Qui uero conantur ut q optimos amicos habeant siue ut inimicos expugnent; siue ut fortes corpore, animoq effecti, suá domum bene habitent, suisq prosint amicis, ac patriæ quis dubitet istos laborare suauiter in huiuscemodi rebus ac cum lætitia uiuere. Cum & seipsos apprime mirentur & ab aliis laudentur, Ad hæc autem molities quidem & uoluptates in promptu posite, nec corpori sanitatẽ ut hii afferunt, qui gymnasiis præsunt; nec animo ullam sententiam cuiusq existimationis pstare possunt. Studium uero & patientia bonarum atq honestarum artium causa sunt; ut optimis uiris uidetur. Dicit autem & Hesiodus, prauitatẽ quidẽ simul totam, licet eligere facile. Plana enim ad hãc ducit uia, cum ualde prope habitet. Virtutes uero sudorẽ præposuerunt dii, imortales, Longum enim & arduũ iter ad eam qđ cum asperum primũ sit amænum postea fit cũ ad ultimum quis peruenerit. Epicharmus quoq his uerbis hoc idem testatur pro laboribus omnia nobis dii uendunt. Necnon sapiens Prodicus, in illo qđ de Hercule edidit, opere, similiter disputat de uirtute in hunc modũ quãtum ego memini dicens. Ait nanq Herculem cum a puerili etate ad adolescentiam perueniret cum adolescẽtes iam sui arbitrii effecti ostendunt, siue per uiam uirtutis, siue uitiorum uitam suam ducent egressum a Ciuitate in solitudinem consedisse cogitationibus agitatum, utram uiarum supradictarum præponeret, ubi duas ad eum apparuisse accedere, mulieres magnas, Alteram honestam & liberalem uisu, ex ipsa natura corpus quidem mũditia ornatam, ocu

los uero uerecundia, effigiem autem totam castitate, alba ueste uestitam. Alteram uero ad Carnositatem, atq; molli tiem esse nutritam, ornatam uero colorem quidem ut al bior atq; magis rubea. Effigiem uero ut rectior quam a na tura esset, appareat. Oculos autem uagãtes atq; apertos, ha bentem, tali ueste uestitam ex qua pulchritudo quam ma xima coruscet, sæpeq; seipsam respicere & attendere; siquis etiam alius eam uideret, nõnunq̃ autem & ad propriã um bram aspicere. Cum autem propius Herculem accesserunt primam quidẽ eodem modo ire. Alterã uero præuenisse [illegible]entem, cucurrisse ad Herculem atq; dixisse. Considero te o Hercules dubitantem quam uiam eligas. Si itaq; me diligas ad uoluptuosissimam facillimãq; te ducam uiam & illa quidem quæ delectant oĩa gustabis laboris expers uiuẽs. Primum nanq; neq; bellorum neq; negociorum cu ram habebis; Sed potius considerabis quem tibi gratum aut cibum aut potum inuenies. quidue uisu, aut odoratu, aut tactu uoluptuosum percipias; quibusq; cupiditatibus usus q̃ maxime delectatione affectus fueris, quoq; pacto mollissime dormias. & absq; laboribus omnia ista obtine as. Q d̃ si quando deficere illa, quibus hæc acquiruntur su spitio sit; nõ erit tibi necessitas laborare, corpusq;, animãq; pro inueniendis istis conterere. Sed illis tu uti poteris quæ cœteri operantur, a nulloq; abstinebis unde lucrum aliq d̃ suboftendatur undiq; nanq; utilitatem suam acquirere meis necessariis, licet. Hæc cũ audisset Hercules o mulier inquit q d̃ nomẽ est tibi? At illa mei quidem necessarii; ait fœlicitatem me appellant, qui uero oderunt, prauitatem me nominant. Cumq; hæc dicerentur, altera mulier ac ce sit & dixit. Ego quoq; ad te uenio Hercules cum sciã tuos parentes; naturamq; tuam & ingenium, in studiis conside rassem, e quibus non modicum spero; dũmodo meam eli gas uiam atq; doctrinam & te uirtutis cupidum bonorũ q; ac honestorum operum effici cultorẽ; meq; multo hono rabiliorem, & in bonis præclariorem fore non decipiam aũt te a uoluptate exordiendo. Sed qualem rebus dii con

tulerunt naturam, tibi cum ueritate narrabo. Nil enim eo rum quæ bona atq; honesta sunt dii hominibus sine labo re & studio præstant. Sed siue deos esse tibi propitios uis colendū est deos, siue ab amicis diligi, amicis bene facien dum, siue a quadam ciuitate honorari desideras, ciuitati aliquam utilitatem afferēdum, siue a tota græcia tanq̄ uir tuolus admiratione dignus existimari. Conandum est to ti græciæ benefacere, siue tibi terrā fructus producere ter ram colendum, siue a iumentis diuitias acquirere: iumēto rum tibi cura habēda est: siue per bellum desideras augeri: ac uis amicos quidem a seruitute liberare inimicos uero in seruitutem redigere, bellicas artes, & discendum est, ab illis qui sciunt, & exercendum in eis, quomodo eis debeas uti. Si uero uelis corpore etiam fortis esse subiciendum est aīo corpus ac exercēdū in laboribus atq; sudoribus. Praui tas uero subiipiens ut Prodicus narrat, Intelligis o Hercu les inquit, q̄ asperā ac longā uiā ad delectationes hæc mu lier narrat. Ego uero pfacilem ac breuissimā uiā ad fœlici tatē te ducā. Ad hæc uirtus respondēs. O misera inquit, qd boni tu habes, aut quid tibi suaue uideri potest cum nihil horum gratia agas, nec suauium desiderium expectes. Sed anteq̄ cuperes omnium istorum impleatis. Nam anteq̄ fa mescas comedis, & anteq̄ sitias bibis, & ut cum uoluptate comedas exquisitorum ciborū uteris quoquis ut uero uo luptuose bibas, uina uaria pretiosaq; ac in estate circuens hinc & illinc quæritas niuem. Vt autem quam suauiter dormias non solum stratum molle supponis, Sed lecticas ac lecticis substentacula præparas. Non enim propter labo rem sed quoniam nil habes quid agas, somnum desideras Res uero Venereas omnibus machinationibus & antequā corpus indigeat exerces Ipsis et uiris, ut mulieribus uteris. Sic enim tuos amicos instruis nocte quidem in turpitudi nibus uacans, quod autem utilissimum diei est in somno consumens. Cum uero imortalis sis adiis qu idē proiecta es, a bonis uero hominibus ignominia effecta Nunq̄ qd auditu dulcissimum est tuam audisti laudem, Nec quod

suauissimum uisu bonum quidq; tuum opus uidisti. Quis igit cum aliquid dicas crederet tibi aut cum indigeas qcq̃ tibi prestaret? Aut quis sue compos mētis uoluerit in tuos cōnumerari qui in iuuentute quidem corporibus debiles In senio uero amentes efficiuntur, cum adolescētiam cum pigritia in delitiis peragant, In senio autem multis labori bus & infirmitatibus confrangantur, quiq; uerecundati su per his, quæ egerunt non tamen minus super his q̃ agunt grauantur tanq̃ qui in iuuentute omnibus uoluptatibus af fecti, in senectute sibi omnia molesta seruarunt. Ego ue ro sum quidem cum diis, adsum uero bonis hominibus, nihilq; operis boni, neq; diuini; neq; humani sine me fieri potest, magisq; aliis omnibus & apud deos; & apud homi nes optimos honoribus fruor. & enim desiderata coopera trix artificibus sum. Fida domorum domini custos; Beni uola famulis, patrona operum, quæ pacis sunt, bona coad iutrix Bellicorum uero firmissima sotia; amicitiæ optima particeps. Ad hæc autem meis qđ necessariis suauis atq; prompta tibi potiq; fruitio est. Expectāt enim quousq; illa desiderēt. Somnus autem uoluptuosior illis q̃ otiosis eue nit; & neq; excitati moleste ferunt, neq; ob illo deterti quæ agenda sunt negligunt. Iuniores autem gaudent Senioꝝ laudibus. Seniores uero letantur iuniorū honoribus. Res quoq; gestas a priscis iocundissime memoria repetendo non minori cum iocunditate res eis præsentes peragunt, Quas ob res diis amati; desiderati amicis, honorabiles pa triis efficiuntur. Cum uero fatis datus finis peruenerit non obliuioni traditi sine honoribus iacent, Sed memoria ho minum cōmendati, in æternum florent. Hæc o Hercules inquit bonorum parentum filii sudoribus libet exercendo beatissimam fœlicitatem habere, In hunc itaq; modū Pro dicus admonitionem Herculis ad uirtutem exposuit. Has tamen sententias, multo pulchrioribus uerbis, quam ego nunc, ornauit, Quapropter o Aristippe tibi quoq; dignum esse existimo futuri etiam temporis nōnullam curam ha bere. Sentiēs autem aliquando suum filium Lamprodeū

qui maior natu erat, matri suc iratum. Dic mihi o fili ait: Cognouisti ne unq̃ homines quosdam qui appellantur ingrati? Ita prorsus inquit. Cōsideraſti igitur quos homines & cum quid agant, hoc nomine appellantur? Cōsideraui ait illos, nanq; qui beneficiis acceptis, non reddunt gratias cum poſſint, ingratos appellant. Hos uero ingratos, cum iniuriosis cōnumerandum eſſe putas? ita inquit. Quid uero consideraſti ne unq̃ ſi quemadmodum mancipare amicos quidem iniuſtum eſſe, inimicos autem iuſtum? Sic et ingratum eſſe erga quidem amicos iniuſtum eſſe, erga uero inimicos iuſtum? Vehementer ait conſideraui, ac mihi apparet a quocūq; quiſpiā beneficiis affectus, ſiue amico, ſiue inimico, non conatur gratias reddere iniuſtus eſſe. Si igitur hæc tibi uera uidenſ, manifeſta iniuria ingratitudo eſſet profecto, Conceſſit. Quanto ergo maioribus quiſq; beneficiis acceptis non reddit gratias, tanto iniuſtior eſſet, Et hoc etiam cōceſſit. Quos igitur, aut a quibus putas maioribus beneficiis affici q̃ liberos a parentibus? quibus primo ut ſint, & uiuant, deinde ut tot bona uideant, illorūq; participes fiant, quæcunq; dii hominibus ꝓ̃bent, parētes cauſa fuerūt, quæ tam magna exiſtimatione digna omnes arbitramur ut priuationem illoꝝ magis, q̃ alia fugiamus. Ciuitates quoq; pro maxima pœna, delictis in maximis mortem ſanxerunt, tanq̃ maioris mali timore, nō poſſint iniurias euellere. Nam non putes uelim propter Venereas res homines filios procreare, cum ad hunc feruorem libidinis ſoluendum non parua ſine labore muneteq; uxorio facultas exiſtat. Quapropter non modicū cogitamus a quibus mulieribus q̃ optimi filii nobis prepagari poſſint; quibus cum tales inuenirentur conuenientes prolem procreamus, & Vir quidem ipſamq; uxorem, qua cum procreaturus filios eſt, alit, futuris quaq; liberis omnia preparat, quæcunq; cōductura eis ad uitam putet; & hæc quamplurima poſſit. Mulier uero concipiens tolerat hoc onus cum grauamine & periculis uitæ, alimento ſuo nutriens puerum magno multoq; cum labore uſq; ad partum perueniens, poſtea

postea ēt nutrit,atq; pro eo procurat, a quo tamen nunq̃ antea beneficium quidpiam acceperat; quiq; non modo ignorat,qui ei benefacit,Sed neq; declarare potest quibus indigeat.Mater uero per coniecturam quæ cōducant quæq; grata sint eis conat̃ adimplere.Multoq; tempore nutrit die noctuq; laboribus affecta,ignorans quā istorũ omniū mercedem habebit,& non sufficit solum nutrire. Sed cū uidentur filii posse discere quicq̃,quæcunq; ipsimet parentes,ad uitam utilia habent,docent,quæ uero putāt alium magis posse docere pro his ad illum liberos,ut doceantur mittunt cum sumptibus suis,omnibusq; modis procurant ut quam optimi liberi eis efficiantur.Ad hæc adolescentulus ait.Et si hæc omnia cœteraq; horum multo fecerat plura; nullus tamen posset profecto duritiem matris meæ sufferre.Tum Socrates utrum ait fere īmanitatem putas difficiliorem ad sufferēdum esse,an matris? Ego quidē inquit matris puto,quæ talis sit. Num igitur unq̃ aut momordit aut recalcitrauit te,quēadmodum multi a feris passi sunt? Non ista,sed ea dicit inquit me Hercle,quæ nullus unq̃ audire uelit,& si non oporteat. Tu autem quot Socrates ait ei motesta uoce atq; operibus a prima ætate diē noctuq; prestasti aut quantum doloris attulisti ægrotationibus uexatus? Nil tamen ait unq̃ aut feci,aut dixi sibi pro quo eā puderet. Quid uero inquit difficilius tibi putas esse, quæcunq; illa dicit audire,an Histrionis cū in tragediis alter alteri maximas contumelias dicant?Sed tamē ut arbitror, quoniam non putant nec illum; qui redarguit propterea redarguere ut damnum inferat,nec illum qui minatur propterea minari ut mali quicq̃ faciat æquo animo ferunt. Tu autem cum bene scias,quod quicquid mater dicit non modo non ut maliuola tibi dicit, Sed uolens tot tibi bona foret quot nulli alii ægrefes? An opinaris maliuolam tibi matrem esse? Minime inquit hoc opinor,Si itaq; Socrates ait istam cū beniuola,tibi sit,& quam maxime pōt pro te procuret ut sanus sis,nulloq; priueris necessario, & ad hæc tibi multa bona fieri deos oret,& uota reddat dif

ficilem esse ais nec putes talem matrē sufferre. Ego quidē arbitror bona te non posse sufferre. Dic aūt mihi inquit, utrum alium quenq̄ putas oportere colere an arbitraris te nulli hominum unq̄ oportere placere; neq; sequi, neq; parere, neq; duci, neq; alicui Principi? Immo quidem inquit me Hercle. Ergo uicino quoq; Socrates ait tu uelis placere, ut & ignem tibi accendat cum opus fuerit, in aliquoq; bono tei uuet. Et si fortuitu in aliquam incideris aduersitatem tanq̄ beniuolus & ꝓpinquus tibi possit prodesse? Ita equidē ait. Quid uero comitē siue in terra siue in mari aut aliū quenq̄ nō arbitraris interesse amicū aut inimicū habere? An oportunū esse iudicabis amicitiā potius illoꝝ cōsequi? Ita inquit. Si itaq; Socrates ait istoꝝ oīum amicitiā magni existimandā esse putas nōne matrem ēt q̄ plus te oībus istis amat putas oportere Colere. An ignoras ꝙ Ciuitas quoq; ꝑ alia quidē non nimium curat ingratitudine nec in iudicium compellit. Sed despicit siquis beneficiis acceptis non reddat gratias. Siquis uero parētes non obseruet hunc in iudicium compellit ac reprobat magistratibusq; oībus indignum existimat tanq̄ ab illo non possint neq; sacrificia pie sacrificari nec aliud quicq̄ bene, aut iuste agi. Nec solum hoc sed ēt siquis parentum defunctorum sepulchra nō ornet, hoc ēt ciuitas inuestigat in electionibus magistratuum; Tu itaq; fili si compos es mētis, & deos ut tibi ignoscant, exorabis, siquid matrem neglexisti ne ingratū te esse existimēt; nec benefacere uelint ab hominibus quoq; cauebis, ne sentientes quod contēnas parentes ꝓ nihilo te habeant: & priuatus amicis oībus effectus fueris. Si. n. te arbitrabuntur erga parentes ingratum esse, nullus putabit te pro susceptis beneficiis fore in referenda gratia memorem. Cum quondam uero Cherephonem atq; Cherecratem inter se germanos sibi autem familiares sentiret altercari, Cumq; uidisset Cherecratem Dic mihi o Cherecrates inquit; num etiam tu ex illis hominibus es qui cariorem pecuniam q̄ fratres esse arbitrant? præsertim, cum illa quidem insipiens sit Is uero sapiens & illa quidem indigeat

adiutorio is uero iuuare possit, & ad hoc illa quidem ad multitudinem augeat, is uero unus sit? Mirum autem hoc quoq; profecto siquis germanos quidem ppterea damno sibi esse putabit quoniam partem illorum non possidet, Ciues uero damno sibi esse non putabit; eo q bonis ciuiũ priuetur,? Sed hic quidem potest iudicare q melius sit cũ multis secure habitare, paucaq; possidere, quam bona omnia ciuium habere solum, cum periculo uiuentem, In fratribus uero hoc idem ignorat, At seruos, qui possunt, emunt; ut cooperantes habeant, & amicos acquirunt, tanq opus eis adiutorio sit, fratres uero despiciunt; quasi a ciuibus quidem possint effici amici, a fratribus uero minime. Atqui nimis ad amicitiam conducit ex eisdem parentibus natos esse nimis etiam simul nutriri. Quapropter & ferre suos sotios cupiunt, & ad hæc alii quoq; homines magis illos honorãtq germanos habẽt, minusq; eis molesti efficiunt. Tum Cherecrates. Si non esset o Socrates inquit magna differẽtia, fortassis oportonũ fuisset substinere fratris molestias, & nõ abhorrere ab illo parua de re opotteat habere Cum uero multũ ab hoc absit & totum ꝯtrarium sit. Cur impossibilia homo temptaret? Tum Socrates, utrũ o Cherecrates ait. Nulli omnino Cherephon placere potest sicut nec tibi, an nonnullis aliis placet? Im mo respondi; & ideo magis o Socrates dignũ arbitror eum odio haberi q aliis quidẽ placere põt; mihi uero quacunq; adsit. Dãno potius, q lucro fit, & uerbo, & facto. Num igit Socrates dixit, quemadmodum equus dãno fit ei, qui nesciens tẽtaret uti eo, sic ẽt frater dãno fit, cum quisq; uti eo tentet, nesciens, Quo pacto Cherecrates ait; ne sciam ego fratre uti? cũ bene sciam, & benedicere; benedicẽti, & benefacere, benefacienti? Illi autem qui uelit uerbo, & opere mihi nocere, neq; possim, neq; neq; ten tarẽ, aut benedicere, aut bene facere. Ad hæc Socrates miranda dicis o Cherecrates ait. Si canis nanq; tibi esset ad ouium custodiam aptusqui pastoribus quidem afficeret, tibi uero adeũti exasperaret, certum est q ira; atq; indignatione dimissa, omni conatu ali

quibus beneficiis eum mitigasses,fratrem uero confitearis magno tibi bono fore,si qualem oporteat tibi efficiatur, non conaris quam optimum tibi eum efficere Præsertim cum putes scire benedicere,beneq͙ agere?Sed dubito o Socrates inquit,Cherecrates ne non tanta in me uehementia sit, qua possim erga me Cherephonem, qualem oporteat efficere, At qui Socrates ait mea sentẽtia nulla tibi astutia opus est,ad hanc rem perficiendam,Sed eum facillime puto illis artibus allectum fore,quibus tu plurimum uales,ut magni te faciat.Nõne igitur dices q̃ citius ait siquid me t. le comprehendisti,sciẽtem ꝙ me latet cum tamen sci[illegible]. Age dic mihi inquit si cuiq̃ amicorum uelis persuadere ut te,cum sacrificet ad conuiuium uocet,quid facies? Patet respondit,ꝙ ego incipiam hoc idem cum sacrificem illũ uocare.Q.d' si uelis,quenq̃ necessarioꝝ adhortari,curam habere tuorum,cum absens sis quid facies? Patet ergo inquit quod primus ego incipiam curam habere rerum illius,cũ sit absens. Quod si uelis hospitẽ tibi quenq̃ efficere,ut cũ ade as,patriam illius te suscipiat:quid tibi faciũdum esset? Patet inquit ꝙ hunc ẽt ego primus suscipiam,cum Athenas aduenerit,& ad hæc si uelim eũ in meis negociis,illic me iuuare me primũ hic oporteat eum in suis iuuare, oẽs itaq͙ ut uidetur modos p quos amor in hominibus acquiritur,tu bene sciens cœlabas. An times inquit incipere,ne tẽpore appareat si primus fratri tuo bene agas? At qui plurimi faciundus est,homo quicũq͙ præueniat hostibus nocere,amicis benefacere,si ad hanc igitur rem incipiendam Cherephonem putassem aptiorem, te illi persuasissem primum incipere,te in amicitiã reducere.Nunc uero tu mihi uideris incipiens magis hoc efficere posse.Chærecrates uero ad hæc,absurda dicis o Socrates ait,& minime tibi cõueniẽtia,quippe qui me incipere præcipis,qui iunior sum, cum apud omnes homines contraria esset opinio,hoc est Seniorem oportere incipere in omni uerbo,& opere.Quo modo Socrates inquit nõne ẽt ubicunq͙ in uia Iunior Seniori obuiaret? cœdere ei constitutum est,& sedentem ue

niéti assurgere,& melioti lecto honorare;& orationi cede re: Sed o optime non sis piger sed tenta hominem miti gare,& facile tibi obediet,N ōne uides Cupidum honoris: & liberalē eum esse: Prauos nanq; homunculos,nullo modo,nisi eis aliqd præstando,allicies; Bonos uero homines & doctos non nisi amicitia mollies.Tum Cherecrates ait, si uero ubi ego hæc faciam,Ille non efficiat melior: Quid aliud Socrates ait,nisi ostendes te quidem bonum & amatorem fratris esse.Illum uero prauum,& indignum beneficiis.Sed nil horum fere puto.Arbitror nāq; q cum sentiat [illegible] hanc eum luctationem prouocantem,ualde contēderet;te benefaciēdo ueibo,& opere superare.Nunc uero sic uos habetis ac si manus ; quas deo ut una alterā iuuet creauit,dimisso hoc conaret impedimento inuicem fore.Aut si pedes diuina prouidētia ad coadiuuandum inuicē facti, relicto hoc,unus alterum impediat.Nōne tibi uidetur magnam ignorantiam;& calamitatem eorum esse:qui manibus,aut pedibus,aut oculis, quæ ad utilitatem hominum gemina,ac fraterna eis orta sunt,ad malum utunt: At manus quidem si oportuerit eas,illa quæ plusq̄ unum passum distent;coniungere non poterunt,pedes autē nunq̄ simul irent ad spatiū passus unius,Oculi uero quorum uisiua potentia maxime appares in longum extendi ; nunq̄ uidere possunt eorum qui propinqui sunt anteriora simul ; & posteriora, Fratres uero dū amici sint q̄uis multum unus ab altero distet,agunt tamen ea quæ profutura inuicem sunt. Quondam uero audiui eum , & de amicis ea disputantem e quibus mihi uidebat q̄ maximam quisq; utilitatem ad amicorum usum,ac acquisitionem habere.A multis enim aiebat audire q omnium possessionum melius sit amicus uerus,& bonus.Videtur uero eos potius in aliis omnibus uigilare,q̄ in amicoꝝ acquisitione.Etenim domos;agros; & seruos,& uasa quædam diligenter eos procurare; ut habeant uidere dicebat , & adhuc conseruare conari quæ habent.Amicum uero q maximum bonum esse dicunt,nec ut acquirant,nec ut sibi cōseruent,curare. Porro ægritudi

ne laborantibus amicis.& seruis comprehẽdere quosdam aiebat pro seruis quidẽ,& medicis pecuniam soluere; Alia quoq; pro sanitate illorum, diligenter parare, Amicos uero negligere. Mortuis autem utrisq; pro seruis quidem dolere,& damnum putare; pro amicis uero minime,& aliaꝝ quidem possessionum nihil sine cura dimittere, amicos uero indigentes despicere & ad hæc inquit nõnullos uidisse rerum aliarum suarum quãuis multæ sint, totam multitudinem scire, amicos uero ẽt si pauci sunt, quot nam quales ue sunt ignorare, tantam habent amicorum curam: at qui qua re bonus amicus comparatus, non multo melior apparet? Quis nanq; equus, quodue par iumentoꝝ tam utile est sicut bonus amicus, aut quis seruus ita affectus; & constans, aut quæ possessio alia tam utilis erit? Verus nãq; amicus se ipsum paratũ exhibet; ad oẽm amicoꝝ defectum supplendum, siue in rebus priuatis, siue in publicis actibus, ac si quenq̃ oportuerit afficere beneficiis, cohortatur, Siquis eum metus conturbat, iuuat, hoc quidem non parcendo sumptibus, hoc uero opere properans,& partim persuadẽdo, partim cogendo, quibus cum secunde uiuerent; multã leticiam confert, Cum uero calamitatibus succumberent, subleuat. Quæcunq; uero, aut manibus cuilibet seruiunt, aut oculi præuident, aut aures præaudiunt, aut pedes perficiunt, horum omnium nullo in benefaciendo amicus posterior est, Nonnunq̃ enim quæcunq; quisq; pro se ipso nõ fecerat, aut non uiderat, aut non audiuerat hæc amicus erga amicos perfecerat. Sed tamen nõnulli arborum quidẽ curam habent, fructuum causa, fertilissimum uero agrum qui amicus appellatur inerte,& pigre colunt. Alias uero alium eius audiui sermonem qui hortabatur audiẽtes examinare seipsos, quanti existimandus esset amicis, Cũ enim quendam uidisset nullam curam habere amici paupertate oppressi, interrogauit Antistenem coram illo negligente, & aliis multis, Num o Antiũenes ait sunt quædam amicorum e xistimationes, sicuti & seruorum sunt. Seruoꝝ enim alius duobus minis existimatur dignus, alius; uero nec me

die minæ, alius uero etiam quinq;& alius decẽ, Niciam uero filium Nicerati dicitur uno talento emisse,qui argen tariis suis præesset. Consideremus itaq; inquit,utrum sicut istorum sic etiam amicorum existimationes sunt? Ita me Hercle sunt Antistenes ait. Ego nãq; uelim profecto hũc mihi amicum esse potius, q̃ duas minas,hũc uero nec me diæ minæ anteponerem,& alium quidem citius,q̃ decem minas,eligerem,alium uero pre omnibus pecuniis atq; la boribus anteponerẽ esse mihi amicum. Si igitur hæc ita si habent Socrates ait, oportet ut quilibet se examinet quã cuius amicis existimandus sit,atq; conetur q̃ maximi esse ut quam minime eum amici sui prodere uelint. Nonnunq̃ enim inquit audio hunc quidem dicentem ; q; prodiderit eum uir amicus huncuero q; unam minam potius pro eo eligerit uir quem sibi putabat amicum esse. Cogito itaq; ne sicut cum quisq̃ prauum habeat seruum uendit eum,p quocũq; reperiet,sic etiam in hoc contingat,prauum ami cum? cum liceat plusq̃ ualeat capere facile uendi. Bonos nanq; & utiles nec seruos uendi uideo,nec amicos ,pditos At uero amicos examinare quibus uti debemus,docebat, huiuscemodi dicens. Dic mihi o Chritobole inquit, si bo no nobis amico opus fuerit,quo eo examinabimus pacto nõne primum quidem inuestigabimus,qui uentri,potui, luxuriæ;somno,atq; inertiæ dominatur?qui enim ab istis detinentur nec sibi ipsi, nec amico possit prodesse. Nullo pacto inquit ; per Iouem. Qui itaq; huiuscemodi seruiat contẽnendus tibi uidetur. Immo Critobolus ait. Quo uero sumptuosus existens non habet insufficientiam co pias, sed semper indiget ab amicis capere & aut capiens non potest soluere, aut non capiens odio habet eos qui non prestant nonne etiam ille difficilis amicus est? Vehe menter inquit. Contẽnendus ergo & iste est?contemnen dus?ait. Quid uero qui cupiditate pecuniæ potest quidem illam omnibus modis congregare semper autem plura cupiens,ideo non facilis est, & capiendo gaudet, soluere uero non uult? Mihi apparet ait multo iste peior illo esse.

Qui uero propter cupiditatem accumulandæ pecuniæ ad nihil aliud uacat, nisi ad ea, unde lucrabitur. Contēnendus etiam iste est, ut mihi uidetur inutilis enim, ēt eis profecto qui eo uti uelint. Quid uero quicūq; seditiosus est; & uelit multos inimicos amicis efficere? Et hūc ait me Hercle fugere debem'; Qđ siquis nullo tali uitio detineat acceptis aūt beneficiis acquiescit, nec conat ēt ille benefacere amico Inutilis utiq; ēt iste esset respondit, Sed dic tamē o Socrates qualem, quispiam sibiipsi adipiscatur amicum. Illū arbitror ait. qui cōtra; his omnibus abstinet quidem a corporis uoluptatibus. Seruat autem iusiurādum, & facilis in conuersando est, quiq; conatur suis benefactoribus, nō minus ipse benefacere, ita ut utilis eis sit qui eo utantur. Quo autem pacto o Socrates, ista examinabimus ante q̄ eis utamur? Vt statuarios inquit examinemus non uerbis eorum suasi. Sed quæcunq; uideamus primas statuas benefecisse eum credimus cœteras quoq; benefacere posse. Hominem etiam ergo putas inquit qui primis amicis benefecerit, posteris quoq; fore benefactorem. Etenim quis inquit quicūq; potuit primis bene uti hunc cœteris etiam, arbitror bene uti posse. Sint hæc ait Quicunq; uero dignus amicitia nobis esse uideatur, quibus artibus amicus est faciendus? Primum interrogandi inquit sunt dii, atq; cōsiderandum est, si consulant eum amicum efficēre. Quicūq; uero & nobis faciendus esse appareat; & dii non contradicant: habes dicere quomodo iste uenerandus sit, me Hercle inquit; nō est persequēdus ut lupus, neq; decipiendus ut auis, neq; ui ut hostis, Nolētem enim amicum efficere difficile est. difficilius autem ligatum retinere, ut seruū. Hostes enim potiusq̄ amici, huiuscemodi artibus efficiuntur, quo igit modo amici efficiuntur? esse quasdam aiunt incantationes, quas quicunq; sciant incantando quoscūq; uoluerint amicos sibiipsis efficiunt, esse autem etiam quædam ad amorē ueneficia, quibus cum quicūq; sciant utant aduersus quoscunq; uoluerint; amantur ab eis. A quo igit ait hæc perdiscamus? Illa quidē inquit q̄bus Syrenes incantabāt Vlyxē

Homerum

Homerum audisti referentem, quorum huiuscemodi principium est. Age ueni Vlyxes, magnis laudibus digne, magnum decus græcorum, Hac igit inquit o Socrates incãtatione cœteros quoque homines Syrenes incantando detinebant eos, ne discederent ab eis? Minime, sed illos solũ modo huiuscemodi incantabant q uirtutibus gloriabant. Illis igit, ut apparet, quælibet incantandum esse dicis quæ cum quisque audiat non putet irridendo dicere illud quod dicat. Sic.n. inimicitior potius efficiet, ac expellet a se homines, si quem cum ille se sciet pusillum, turpem, & debilẽ esse, laudet dicens, magnum, pulchrum, atque robustũ esse. An tas uero quasdã scis incãtationes? Nõ ego sed audiui Periclem, multas sciuisse quos incantando ciuitates effecit, eum diligere. Themistocles aũt quibus artibus effecit ut eum diligeret ciuitas? non incantando me Hercle, sed nõ nulla bona ei præstando, Vt apparet igit dicis quod siquis bonum amicum habiturus est, ipsum oporteat bonum euadere, ac dicendi & agendi peritum Tu aũt putabas, Socrates ait, possibile esse cum quisque sit prauus, bonos amicos posse habere? Etenim Critobolus inquit uidebam & oratores uiles, bonis concionatoribus amicos esse & optimis exercituum ducibus non sufficientes duces in amicitiam coniunctos, Nũc inquit ede quid disputamus tu habes aliquos dicere qui cum inutiles sint utiles amicos acquirere possint? Minime inquit me Hercle, & si hoc impossibile est, cum quisque prauus sit bonos amicos posse habere. Dic mihi si possibile esset bonum quenque, & honestum effectũ repente, bonis & honestis amicum fieri, Ante o Critobole perturbat, quod nõnunquam inter homines honestos, & ab inhonestis abstinentes uides seditiones pro amicitia iũgentes, & peius eos quam illi q nullius existimandi sunt, inter se dispositos? Et non modo priuati Critobolus inquit ista cõmittunt Sed et ciuitates quibus potissimum, bona curæ sint, & tempora minime accepta multotiens hostiliter, una ad alteram dispositæ sunt, quæ cum cogitem quasi despero quenque amicos posse habere, nec enim prauos amicos esse

posse quippe qui cum inertes, & ingrati iniusti, perfidi nõ abstinentes homines sint, amici esse non possint, Sed potius mea sententia hostes, & inimici inuicem efficiantur. Nec ut tu quoq; dicis, praui bonis in amicitiá accepti sunt. Nam impossibile esset malorũ factores amicos effici, his qui mala odio habent. Q.d' si etiam illi; qui uirtutibus insudant per ambitionem in ciuitatibus seditionibus ac inuidiis imbuti, unus alterum odio habet qui amplius amici erunt? aut in quibus hominibus erit amor, & fides? Ad hæc Socrates o Critobole inquit diuersimode ista inter se se habẽt, Nam homines hæc quidem amica naturaliter habent. Etenim unus altero eget, ac alter alterius miseretur, & utilitatibus unus ab altero effecti gratias inuicem agunt. Alia uero habent hostilia. cum enim eadem bona, atq; iocunda putant de his ꝯtendunt & dissentientes contrariantur. Hostile nanq; contentio, & ira est, Inimicitia, atq; cupiditas pluris habendi, atq; inuidia odiũ parit; non minus tamẽ inter hæc omnia subingressa amicitia coniungit bonos; atq; honestos homines. Nam propter uirtutẽ eligunt potius mediocria possidere q̃ bella omnibus dominari, ac possunt cum famescant & sitiant indolenter potu & cibo frui a uenereisq; abstinere quãuis uoluptate ducantur ne displiceant quibus minime oportet. Possunt autem etiam de Pecuniis non modo abstinendo ab iniuria participare illorum quæ licitæ sunt sed inuicem etiam largiri, & ad hæc possunt contentionem non modo indolenter, sed etiam utiliter inuicem disponere, & iram, ne ad peniteñtiam usq; procedat prohibere. Inuidiam uero omnino euellere, cum quisq; propria bona amicis cõmunia, amicorum uero sua putet. Cur igitur non esset sperandum ꝙ honesti, & boni homines non modo indemnes sed etiam utiles inuicem participes bonorum ciuilium erunt? Qui nanq; cupiunt apud rem publicam honoribus affici atq; dominari; causa furãdæ pecuniæ: & uim hominibus inferẽdi uoluptatibusq; fruendi iniuriosi atq; praui essent ꝑfecto nulloq; pacto ad amicitiam apti. Quod si quis ideo honorari uelit, ut nõ

patiatur ipse iniurias, ac necessariis posset iuuare, ubi iustũ sit beneficiisq; dominando patriam suam efficere conat, cur talis homo non possit in amicitiam simili coniungi? Vtrum quoniam munus ꝑderit necessariis, si cum bonis; & honestis habeat amicitiam; an qm̃ minus poterit patriã afficere beneficiis, si bonos; & honestos cooperatores habeat? At qui patet ꝙ in certaminibus, si liceret omnibus; una melioribus ꝯiunctis, peiores aggredi, in omnibus illis uicissent, & omnia præmia illi accepissent. Cum uero illic hoc fieri non dimittitur, in ciuilibus uero, in quibus boni & uirtuosi præferũtur nullius prohibet, cum quo quisq; uoluerit adunatus benefacere ciuitati, cur non expediat? melioribus in amicitiam susceptis remp. regere, ac coadiutoribus eis potius q̃ aduersariis uti? Porro hoc etiam constat, ꝙ si quis aduersus, quempiam bellum gerat; sociis indigebit, & tanto pluribus, quanto melioribus aduersetur. Socii uero beneficiis afficiendi sunt. Vt prompti, & beniuoli sint. Multo autem melius est bonis cum pauciores sint; se beneficum reddere; q̃ prauis, quorum & magna multitudo existit, & quibus multo pluribus beneficiis opus est; q̃ sit uirtuosis hominibus. Sed age fidenter conare. O Critobole, bonisq; effici, & talis effectus bonos, ac honestos amicos adipisci. Fortassis uero ad hanc rem, ego quoq; non nihil tibi cõferam, propterea ꝙ amator hominum existens quoscunq; amem totis uiribus diligo; & afficior, & conuersationem eorum cupio, ac ab eis simili modo meam conuersationem cupientibus diligor, & affectos mihi maxime habeo, quibus artibus tibi quoq; opus fore considero, cum cupias amicitiam cum quibusdam cõtrahere. Noli itaq; illos a me cœlare quibus cum in amicitiam coniungi desideres. Nam quoniã conor placere illis qui mihi placent; nõ sum expers ut arbitror homines uenãdi. At qui Critobolus, qm̃ o Socrates ait, antiquum mihi huius artis desideriũ inest, doceas uelim si qd habes, ꝙ faciat amicos adipisci. Cũ ergo uolueris o Critobole Socrates ait amicus cuiq̃ effici dimittes ne me accusare te apud

illum;ac dicere, q admiratus eum cupis amicus ei effici? Accusa;Critobolus inquit nullum.n.reperio qui laudátes eum odio habet,q si ad hæc ét ait accusem te dicendo,q ꝑpter admirationem, qua admiraris eum nimiũ affectus es illi.Vtrum putabis calũniari ame?Minime inquit;siqui dem ego quoq afficior illis,quos mihi affectos esse credã. Hæc itaq Socrates ait licebit mihi dete dicere ad illos quos uolueris tibi amicos efficere. Sed tu si mihi ꝯcedas adhuc de te dicere q tibi curæ essent amici, qq nulla tam gaudes re, aut bonis amicis,ac super bonis eoꝝ operibus nõ minus q̃ super tuis lætaris,neq defatigaris cõnãdo ut oĩa eis bona adsint, qq uirtuosi hominis ꝓprium esse iu dicas beneficiis amicos,inimicos uero maleficiis uincere, uehementer puto, aptum me tibi conuenatorem bonoꝝ amicoꝝ fore.Cur igiť hæc me interrogas? Critobolus ait ac si non liceret tibi quæcũq uolueris,de me dicere. Non inquit me Hercle quéadmodum ego quondam Aspasiam audiui.Dicebat aũt bonas pronubas cum ueritate, cuiusq̃ laudes narrantes,aptas esse ad nuptias homines coniunge re. Ficte uero narrando nil plus facere,quĩnãq decepti ab eis fuerunt odio habent,& ipsas pronubas,& alter alteꝝ; quæ cum mihi persuadeam recte dici,nil arbitror mihi di cere licere in laudem tuam nisi quodcũq cum ueritate di cam. Tu igiť mihi uideris o Socrãtes Critobolus ait prõ ptus mihi adiutor ad amicos acquirendos fore,dũmodo ego q̃ uicq̃ adhoc,aptum habeam;qď si non nil tu uolueris fingendo de me dicere ꝑ mea utilitate. Vtrum autem o Critobole arbitraris magis me tibi ꝓdesse si mentiendo te laudem an si persuadeam tibi bonum hominem fieriq̃ si dubitas,ex his quæ dicturus sum ꝯsidera.Si nãq uoluero, amicum te cuiq̃ domino nauis efficere,ac te laudando bo num esse gubernatorem dicam cum nõ sis,ille uero a me persuasus nauim tibi gubernãdam ignoranti cõmédet,est ne tibi aliqua spes,non perimendi tui & nauis? Aut si ꝑsua deam Ciuitati remp.totam tibi regendam tanq̃ sufficienti ꝯcedere,quid putas a te Ciuitatem passuram? Aut si quos

priuatim cohortaretur,ut in iudicando,concionando,ac du cendo exercitū tanq̄ œconomico tibi & diligenti res suas crederet,nōne periculo habito dānosus potius mētiendo ac ridiculosus apparebis? Velim o Critobole scias hanc eē breuissimam securissimam, optimāq; ad hæc oīa uiam in quocūq; uolueris bonus apparere; in eodem effici quoq; bonus conari. Cōsiderando aūt reperies oēs quæcūq; apud homines uirtutes dicunt studio ac disciplina augeri posse Ego itaq; sic esse faciundum o Critobole arbitror q̄ si tibi aliud uidet doceas uelim. Tum Critobolus Pudet me o Socrates ait,his contradicere nec.n.honesta nec uera dicā. Porro Socrates indigentias quoq; necessarioꝝ sique per ignorantiam aliquos opprimebant conabat consiliis propellere quæ uero e paupertate pueniebant, hortando unū alter p ut possit subuenire.Cū itaq; quondam Aristarchū tristem uidisset. Videris o Aristarche inquit non æquo aio esse.Oportet aūt huius molestiæ nos quoq; amicos partici pes facere,fortassis.n.alleuiare te poterimus.At ille certe o Socrates inquit in magna indigentia sum.Cum.n.seditiones in hac ciuitate orte sint multiq; in Pyræum cōfugerint congregate sunt apud me Sorores,neptes,ac tot consobrinæ ut iam in domo quatuordecim liberi homines sint, capimus aūt nec ab agris nostris quicq̄; aduersarii nanq; eis fruunt,nec ex domibus cum in ciuitate hominum carētia sit? Aulea nullus emit; mutuari pecuniam minime possumus Sed citius in uia quisq̄ quærendo inueniet q̄ mutuo capiet. Immanū itaq; o Socrates mihi uidet domesticos dimittere perimi,impossibile aūt tot homines in tanta rerum angustia alere.Cum itaq; Socrates ista audisset. Quid est inquit cur Ceramon quidem multos nutriēs;non modo sibi ipsi satis ac illis facere pōt?Sed tot ,ēt sup lucrat ut diues sit,tu uero cum alas multos timeas ne,pp̄ter indigentiam oēs pereatis Quoniam inquit ille seruos;ego liberos alo? At Socrates utrum istos liberos ait,qui apud te sunt meliores esse putas,an Ceramonis seruos? Ego quidē ait qui,apud me sunt,liberos. Turpe igit esset Socrates inquit

illum quidē a paruis hominibus diuitias acquirere, te uero cum multos meliores habeas, penuria laborare? Ille nāq; inquit me Hercle artifices nutrit, ego uero liberaliter eruditos. Nū itaq; ait artifices sunt qui ea quibus utimur operantur? Ita est inquit Quid uero nōne utimur farina? Concessit. Panibus uero? Nil minus. Vestibus aūt tam uiroꝝ q̄ mulierum & tunicis & clamidibus & super humeralibus. Immo inquit & istis omnibus utimur? Deinde inquit quia apud te sunt nil horum agere sciunt? Me Hercle inquit oia ut arbitror. Ignoras igitur inquit q̄ ab uno istorum sola farina, Nausicydes non modo se ipsum & familos nutrit, Sed multas ēt sues, & boues, totq; superlucratur ut multotiens ēt ciuitati præstet. Cyribus autem panem faciendo totam suam domū alit & abundanter uiuit Demeas uero Colytæus uestes me non autem tunicas Megareoꝝ aūt plurimi super humeralia faciendo, se suosq; oēs alunt. Nō ignoro inquit me Hercle. Sed hii barbaros homines emptos habent, quos cogunt operari quecunq; oporteat ego aūt ingenuos & cognatos. Et quoniam ait liberi & cognati sunt, ideo putas nil aliud eos oportere agere nisi comedere atq; dormire? Vtrum aliorum quoq; liberoꝝ illos arbitraris melius uiuere, beatosq; ducis esse, q̄ languescant in otio, an illos qui peragunt sollicitæ quæcūq; ad uitam hominum conducentia peragere sciant? An putas otium & pigritiam conferre hominibus & ad capessendam disciplinā eorum quæ scire oportet, & ad memoriā tenendum quæcunq; didicerint, & ad sanos atq; robustos corporibus esse, & ad possidendum atq; saluandum, quæcunq; ad uitam utilia sint, negotium uero & diligentiam ad nil utilia? Didicerunt autem quæcunq; dicis illos scire utrum ut nec ad uitam utilia nec ut quicq̄ eoꝝ faciāt, an totum contrarium ut, & factutæ illa, & ab eis utilitatē accepture, Quo nāq; modo moderatius homines uiuerēt utrum otio, dediti an curam eorum habentes quæ utilia sunt? Quo autem pacto iustiores essent, utrum si operent, an si in otio cogitent, unde uiuant? Ad hæc quoq; nūc ut

arbitror, nec tu illas diligis nec illæ te, cum tu quidem eas tibi esse molestiæ putes illæ uero uideant te ægreferentem presentiam earum e quibus timendum est ne maius odiũ inter uos oriatur, & præhabita ꝓ beneficiis præstitis gratia minuatur. Quos si persuadeas eis ut operẽtur & tu illas ut utiles tibi diliges illæ quoq; te amabũt cum sentiant diligẽtem eas suauius aũt beneficioꝝ iam habitorum recordari gratiamq; ab eis acquisitam augebitis & nimiũ magis domestice alter ad alterum se habebit. Si tempore igitur quicq̃ essent operature mors ꝓ illo potius esset eligendi. Nunc uero cum ille quidem quæcũq; oportuerit mulieres sciant ut apparet. oẽs aũt quæ sciant facile optime; suauissime citoq; operentur; nõ pigeat te adhortari. & admonere eas illa facere, quæ tibi profecto, & illis proderunt. Nam uerisimile est, illas facile tibi parere, tũ Aristarchus; per deos inquit o Socrates tam benedicere mihi uideris, ut cum antea noluissem mutuari pecuniam, ne cõ sumptã non habeam, unde soluam; Nunc uideor mihi ad materiã operum sufferẽdum hoc esse. Post hæc reperta pecunia est lana empta. Ille post opera ad prandium post prandium laborando ad cenã accedebant; hilares pro tristibus erant ubi prius suspecti & odiosi inuicem erant suauiter alter ad alterum uidebãt ac Aristarchum ille ut protectorem illas Aristarchus ut utiles amabat. Demum audiens Socratem, & hæc omnia gauisus narrabat atq; his addebat, accusari se ab eis q̃ solus otiosus una comederet. Ac Socrates cur ait non dicis eis canis responsionem; Dicitur naq; q̃ cum animantia essent uocalia, Quem domino suo dixisse mirum facis inquit profecto, qui cum nobis a quibus lanam agnos caseumq; habes nil des nisi quicquid a terra capiamus; canem qui nil tibi tale prebet de quo tu comedis pane participem facis. Canem uero cum hæc audisset non immerito per Iouem dixit. Ego nanq; sum ille qui & uos ipsas saluas facio, atq; custodio ut nec homines uos furentur, nec lupi rapiant q̃ si ego uos non custodiam nec ad pascua uobis proficisci licebit timentibus ne pereatis

Cum aũt

His ab eo dictis oues quoq; ferť cani concessisse & tu itaq; dic illis Socrates at,q tu custos earum ut canis atq; pcu ratores;per quem a nullo iniuriate secure atq; suauiter ope rando uiuunt. Quondam uero cum alium amicum anti quum post multum tempus uidisset. Quo uenis o Euthere ait. Cum bellum cessasset o Socrates ait de peregrinatio ne qua aberam ueni;nunc uero de ipsamet Ciuitate Abla tis nāq; a me possessionibus in alienis finib⁹ positis. Athe nis uero nihil a patre mihi relicto Cogor nūc hic præsens manibus laborādo necessaria ad uictum acquirere uideor uero uidere melius hoc esse mihi q̄ ab aliis petere p̄sertim cum non habeam super quo mutuarer. Quanto uero tepo re Socrates ait sufficientem te fore putas,mercede laborā do uiuere. Non multo inquit me Hercle. At tamen cum senueris ait,sumptibus quidem patet q indigebis mercedē uero nullus tibi pro laboribus tuis prebebit Verum dicis ait. Melius igiť esse uideť ex nunc illis operibus insudare quæ tibi cum senueris;ēt satisfaciant,& ad quenq̄ diuitum qui coadiutore indiget accedendo præfici suis possessio nibus & operibus ac fructuum & bonorum illius curā ha bendo utilitatem partim illi afferre partim ab illo habere. Egre nimirum o Socrates ait ego seruitutem sufferam. At qui Socrates inquit,illi qui reip. præsunt & pro ea curant, non ideo seruiliores sed magis liberi putanť. Quoquo mo do o Socrates ait a quoq̄ accusari posse nullatenus uelim. Sed uides o Euthere inquit nullum esse opus in quo non accuseť hoies. Difficile nāq; est ita quicq̄ peragere ut ni hil erres. q si ēt sine errore quisq̄ aliquid peragat difficile est non iniquum iudicem reperire,nam & in illis quæ nūc operari dicis,mirater pfecto si sine accusatiōe degas opor tet itaq; conari ꝯtentiosos fugere mites uero persequi. Re rum quoq; quæcunq; facere potes,sufferre, quæcū q; uero non,abstinere ab eis,Quicquid aūt agas promptissime atq; optime & diligēter agere hoc.n.modo minime accusabe ris. Indigentiæ præsenti optime consules potens ēt cum senueris facillime ac sine periculo sufficientissime uiuere.


Cum aūt

Cum aũt quondam Crito dixisset ꝙ difficile eẽt Athenis esse hominem qui sibi uiuere uelit. Quidam nanqꝫ nunc inquit mihi diem dixerunt. Non ꝙ a me nulla sint affecti iniuria, Sed ꝙ me putant in persoluẽdo ære futurũ promptiorem; q̃ cum eis contendere, Socrates his auditis. Dic mihi o Crito nutris ne canes ut lupos ab ouibus ꝓpellant? Ita inquit utilius est alere illos q̃ nõ; Nõne igitur nutries etiam hominem qui & uoluerit & potuerit, quicunqꝫ tibi iniuriam inferre uelint propellere? lubens nutriam ait. Dũ modo nõ timeam eum aduersarium mihi effici, Quid uero inquit nõ uides multo suauius esse a tali uiro qualis tu es cũm amicitia potius q̃ cum inimicitia utilitatem habere. Velim itaqꝫ scias multos hic tales homines esse qui in honorem sibi putarent te pro amico habere.

Post hæc inuenerunt Archedemum, tam ad agendum quam ad dicendum nimium quidem sufficientem pauperem uero. Nõ enim quoquo modo poterat uolebat lucrari Sed bonis hominibus affectus iustius esse ducebat a Calumniatoribus potius accipere, Huic itaqꝫ Crito cũ a suis agris frumentũm, Vinum, oleum, lanas, aut quicq̃ ad uitã utile colligeret, partem mittebat & cum sacrificaret in conuiuium uocabat, ac in huiuscemodi omnibus curam eius habebat. Archedemus igitur reputans domum Critonis sibi nutrimento fore uehemẽter eam tuebatur Moxqꝫ unius calumniatorum Critonis multa iniurie facta, multosqꝫ reperit inimicos atqꝫ in iudiciũ accersit ubi iudicari oportebat quid pati aut soluere oporteret. Ille uero cum conscius sibi esset multorum atqꝫ malorum conabatur ab Archedemo euadere Qui nullo modo eum dimisit quousqꝫ & ipsi pecuniam dederit & Critonem amplius non molestauerit. Cum uero multa huiuscemodi Archedemus peregisset tunc quemadmodum cum quisq̃ pastor bonum canem habeat alii quoqꝫ prope eum suos greges adducunt ut canes fruantur sic etiam multi amicorum Critonem rogabant ut eis quoqꝫ Archedemum custodem prestaret; Archedemus lubẽs, Critoni parebat, & ꝑ eum non modo

Crito sed amici etiam sui fruebantur quiete. Quod siquis illorum quibus infestus erat exprobraret eum ut Adulatorem Critonis pro utilitate ab eo suscepta. Vtrum dicebat Archedemus turpius est a bonis hominibus beneficiis acceptis eos econuerso beneficiis afficiendo amicitiam eoꝝ acquirere, prauis autē inimicos effici, an bonis, & optimis iniuriam inferendo inimicos, prauos uero iuuãdo Conari; amicos efficere, & pro bonis huiuscemodi hominibus uti. His de Caussis itaq; unus amicorum Critonis Archedemus erat; & a Cœteris necessariis; eius honorabat̃. Audiui uero Socratē Cum Diodoro quoq; suo amico in hunc modum disputasse Dic mihi o Diodore inquit siquis tuorum seruorum te aufugiat, conaris ut eum rehabeas? Et alios etiam me Hercle cohortor cuiq; mercedem polliceri inuentionis eius. Si uero quisq̃ seruorum egrotet, medicis conuocatis procuras pro eo ne moriatur? procuro inquit. Qđ siquis amicorum tuorum multo tibi utilior seruis in uitę periculum ob indigentiam inciderit nonne putas dignum esse curam eius habere ne pereat, At qui Hermogenem non esse ingratum hominem nō ignoras puderet ita ꝙ eum profecto utilitatē a te suscepta, nō utile eum ēt tibi fore habere aũt quenq̃ & spontaneum & cõstantem ministrum sufficientemq; facere ꝗcunq; sibi præcipitis & non modo illud sed ex se ēt potentem multa & cogitare; & reperire cõsilio plus ut arbitror q̃ multi serui ualeret bonos uero æconomos, uidemus cum licuerit magni pretii rem parui emere tunc ementes Nunc autem propter tempora licet parui bonos amicos acquirere. Ad hæc Diodorus benedicis o Socrates ait iube itaq; Hermogenem ad me accedere. Non ego inquit per Iouem puto nanq; nec tibi melius fore illum te q̃ te illum adire, nec maius bonum illi q̃ tibi esse ista fieri. His dictis Diodorus ad Hermogenem accessit & nō magna pecunia præstita eum acquisiuit, qui repente studeat quid dicendo uel cogitando utile Diodoro sit ac ei leticiam afferat.

XENOPHONTIS DE FACTIS ET DICTIS SOCRATIS MEMORAIV DIGNIS LIBER TERTIVS.



VOD AVTEM honeftarum cupidis re rum hortando eos ad ftudia earum quæ cupiebant per utilis erat, nunc tépus effet narrandi. Cum enim quondam audiffet Dionyfodorum aduenifle in ciuitate qui profitebatur exercitus ductitandi artem fe tradere poffe, ad quendam de fuis audito ribus quem fentiebat huius muneris cupidum effe fic eft alloquutus. Turpe effe o adolefcés, inquit profecto fiquis, uolens in Ciuitate dux effici negligat doceri cum difcere liceat. At ciuitas multo cũ maiori iuftitia illum condéna re: q̃ fiquis ignarus fingere, ftatuas conaretur cum tota nã q; ciuitas a duce, in re militari pendeat magnam, & utilita tem cum illi res profper fucceflerint & econuerfo perni ciem, cum aduerfis inciderint uerifimiliter fieri neceffe eft Qui itaq; ifta difcere negligit, eligi uero inducem conetur cur non iure condénetur? His igitur uerbis perfuafit ei ire ad difcendum, cui cum edoctus rediit, allufit dicens. Non ne uidetur uobis inquit quemadmodum Homerus Aga ménonem uenerabilem appellauit, fic etiam ifte cum im perare didicerit, uenerabilior apparere. Sicut enim qui pul fare Citharam fcit & fi non pulfat non minus tamen Ci tharifta eft, quiq; mederi fcit & fi non medef, medicus tñ, eft fic ét ifte ex nũc eft imperator, & fi nũq̃ electus fueris, Qui uero nefcit nec imperator nec medicus eft, etfi ab oi bus hominibus eligaf. Vt uero fiquis ét noftrum aut mani puli aut Cohortis prefectus unq̃ fuerit, magis in rebus bel licis expertus fit dic nobis a quo te incipit imperandi ar tem docere? At ille illinc ait ubi etiam finiuit Aciem nan q; inftruendi artem & nil aliud me docuit, At qui Socra tes ait minima hæc imperandi pars eft. Imperatorem nan q; & præparandi ea quæ ad bellum conferant expertũ effe

oportet,& ad uictum militibus necessaria repetiẽdi machi nandi & operandi,& ad hæc diligentem eum esse necesse est,corpore patientem prudentem,mitem durum;simpli cem insidiatorem,cautum furem;liberalem rapacẽ donan di plusq̃ habendi amatorem;tutum & alios aggredi aptũ. Cœteraq; multa sunt ; quæ tum natura,tum doctrina illũ habere oportet,qui bene imperaturus sit,Bonum uero est inquit aciem etiam ordinare scire.Multo nanq; differt or dinatus ab in ordinato exercitu , Quẽadmodũ enim lapi des lateres ligna , & tegulæ inordinate quidem proiecta ad nihil.Vtilia sunt.Cum uero ordinentur deorsum & sur sum,quæ neq; putrefiunt neq; fluũt lapides ac testæ,in me dio autem lateres & ligna;quemadmodum in edificiis cõ ponuntur?tunc domus res pluris existimanda efficitur.Tũ adolescens uehementer o Socrates inquit simile quid exẽ plum dixisti. Nam & in bello illos primos & ultimos or dinare oportet qui fortitudine excellãt in medio uero pe iores ut a primis ducantur , ab ultimis uero impellantur. Si igitur Socrates ait ; & discernere tibi fortes, a timidis tradidit artẽ bene est.Sin uero quæ utilitas erit huius tuæ disciplinæ,Nec enim si argẽtum quoq; te docuisset in pri mo & ultimo loco optimum ordinare ; prius uero in me dio non docendo discernere bonum ab adulterato aliqua tibi esset utilitas . Sed me Hercle inquit non docuit itaq; nos oportet qui fortes qui ue timidi sunt iudicare? Cur er go consideramus ait,quo pacto nos non lateant Ego pro fecto uelim adolescens inquit . Si igitur argentum inquit rapere oportet,auaros & amatores argenti primos ponen do bene ordinabimus?ita mihi uidetur . In uero periculis subeundis,num illos ꝑponamus necesse est qui amatores honoris sunt?Hi tamen ait non sunt occulti Sed cũ ubiq; preclari sint facile inueniri,ac eligi possunt. Sed sint hæc Vtrum autem ordinare solum te docuit, an etiam ubi & quom odo utendum est? quolibet illorum qui ordinandi sunt ? Minime inquit. At tamen multa sunt ait,in quibus nec ordinare,nec ducere,eodem modo oportet,nõne hæc

tibi declarauerat? Minime inquit me Hercle. Rursus igitur inquit adiens eum interroga, si sciat namq; & non impunens sit pudebit eum cum pecuniã acceperit ignarum te linquere. Quondam uero cum casu quendam imperatorem electum conuenisset, qua de causa inquit arbitraris Homerũ nuncupasse Agamenonem populorum pastorem? nonne quoniam quemadmodum pastorem oportet curare ut salue sint oues, ac habeant unde uiuant, sic etiam imperatorẽ curare necesse est, ut exercitus saluusq; sit illudq; perficiat cuius rei gratia militat. Militant uero ut hostibus superatis fœliciores ipsi sint. Cur namq; ita laudasset Agamẽnonem ... utrumq; eum appellasset; Regemq; bonum Militẽq; robustum? nisi q; probet illum esse militem fortẽ, qui non solum aduersus hostes fortiter luctetur. Sed omni etiam exercitui sui causa sit. Regemq; bonum qui non se solum bene regeret sed etiam illis quos regat fœlicitatis causa sit, Rex nanq; eligitur non ut sui ipsius curam habeat. Sed ut per ipsum, quiq; eum elegerunt, in fœlicitate degant. Similiter militant homines omnes, ut q̃ optima uita fruantur, Imperatoresq; præficiunt, ut ad hoc eos conducant. Oportet igitur imperatorem ut hoc idem q; sibi eligentibus ẽt eum conferat. Nec etiam aliud melius isto facile est reperire, nec contrario turpius; & sic considerans quis sit boni præfecti uirtus. Cœtera quidem auferebat, cõcludebat aũt illud, hoc est, ut fœlices efficiat illos quorum quisq; dux est fectus est. Cum quodam uero equitibus præesse electo in hunc modum eum memini disputasse. Habes o adolescẽs nobis inquit exponere qua de causa equitibus præesse desiderasti? non enim ut cœteris equitibus precurras cũ hoc etiam illis, qui ab equo sagittant, liceat, quippe q; etiam illi equitum prefectis precurrere solẽt. Vere dicis ait. Nec ut cognitus omnibus sis. Nam furiosi etiam ab omnibus agnoscuntur & hoc inquit uerum dixisti. Num ergo quoniam putas opera tua equites meliores effectos tradere ciuitati ac dum illis præ[e]sis si oportuerit una cum eis aliquo bono ciuitatem afficere. Vehementer ait. Per optimũ esset

per Iouem Socrates inquit,si hæc facere poteris. Principatus uero hic in quo electus es equorum & equitum est?Ita est inquit Age itaq; hoc primum dic nobis quibus artibus cogitas,equos meliores efficere.At ille nō meū hoc opus esset.Sed quilibet officii sui curam habebit. At si tibi Socrates ait equos ducēt quosdam tam malos pedes aut cruta habētes,quosdam uero tam debiles ac macros ut sequi non possint & quosdā tam male educatos ut non maneāt quocunq; tu ordinaueris,quosdam uero tam recalcitrātes ut non sit possibile de uno in alium aciei locum eos transferre quæ tibi utilitas erit equitatus,aut quo bono cum talibus præsis,ciuitatem afficies?At ille optime dicis inquit, & ideo prout possum conabor equorum curam habere. Quid uero equites ipsos non conaberis meliores efficere, uehementer?inquit Primo itaq; ait aptiores ad ascendendum equos efficies,Oportunum est inquit,etenim si quando quisq̄ eorum ab equo caderet citius hoc modo saluus erit.Quod si pericula inquit oportuerit subire utrū ad Arenam iubebis hostes attrahere,ubi equitare soletis,an in talibus locis, exerceri conaberis quibus bella fieri solent? Hoc esset melius ait. Acuere uero animos æquitum & ad uersus hostes irritare ac fortiores efficere unq̄ cōsiderastis si nō antea nunc ait conabor. Vt uero tibi obediant equites cogitasti?Etenim absq; hoc nec equorum nec equitum bonorum ac fortium aliqua erit utilitas. Verum dicis ait. Sed quonámodo quisq̄ o Socrates eos ad hoc hortaret? Nō ignoras illud ait,q in quaq; te illis obedire potissimū homines uolunt quos putāt optimos esse,nam & in morbo illi potissimum obediunt quem putant medicina excellere,& in naui qui nauigant gubernatori & in agricultura agricolæ.Ita profecto inquit,& in equitandi itaq; arte, ait quicunq; sciat quæ oporteat agere,illi uerisimiliter cæteri obediēt.Si ergo ego o Socrates melior illis,in hac re sim sufficiet mihi ad hoc ut illi mihi obediāt.Si ad hæc inquit doceas illos melius & magis expediens eis fore tibi obedire.Quo autem modo istud docebo?Multo facilius ait p

Iouem q̃ si oportuerit docere;ꝙ mala meliora sint bonis; atq; utiliora. Vt apparet igitur inquit tu dicis equitum pre sidem oportere ẽẽ artem perorandi habere. Tu autem puta bas ait tacendo posse æquitibus preesse? An nõ recordaris ꝙ quæcunq; optima lege didicimus per quæ uiuere possu mus omnia ista per uerba didicimus? & si quam aliam bo nam quisq; disciplinam discat per uerba discit, quiq; opti me docent sermone ũtuntur, quiq; honestissima sciãt opti ma disputant Vnde fit ꝙ cum ex hac ciuitate unus cœtus efficiatur, alibi ut apud delum missus, nullus alius nullibi equalis isti, fieri possit, nec tam optimorum hominum in aliqua ciuitate; ut in ista nostra congregatur. Ita est inquit. Atqui Socrates ait nec uocis sonoritate, tantum Atheniẽ ses aliis excellunt, nec corporum magnitudine & robore; quãtum honoris studio ꝙ potissimum homines ad bene agendum ortatur. Et hoc inquit uerum dixisti. Nõne igit̃ putas inquit ꝙ ẽt siquis, haberet, curam equitum nostro rum q̃ maxime & in hoc aliis excellerent armoꝝ & equo rum preparatione, ac ordinatione promptitudineq; ad ex ponendum se periculis hostium dũmodo putent si hæc fa cient laude & honore dignos fore? Verisimile est inquit. Noli igit̃ negligere ait sed conare eos ad ea hortari a qui bus & tibi & cœteris ꝑ te ciuib9 utilitatis erit. Sed me Her cle conabor inquit. Cum uero quondam uidisset, Nicho machidem e comitiis domum repetentem, interrogauit; Qui nam o Nichomachides. Imperatores sunt electi? At ille nonne Vides o Socrates inquit quales Athenienses sunt. ꝙ me quidem nõ eligerunt qui modo ut miles, mo do manipuli modo legionis præfectus militans me con terui tot ab hostibus susceptis uulneribus & simul cum hæc diceret cicatrices uulnerum nudato corpore ostende bat. Antisthenem autem elegerunt qui nec in peditibus nec in equitibus unq̃ laude dignum quicq̃ militando fe cerat, quiq; , Nil aliud scit nisi pecuniam acquirere. Hoc igitur inquit Socrates bonum erit, siquidem mi litibus sufficiens erit necessaria prabere. Nam & nego-

ciatores ait Nichomachides sufficiẽtes sunt ad pecuniam congregandam non tamen ideo imperare quoq possint. At Socrates ait, Sed etiam uictoriæ studiosus Antisthenes est q oportet imperatori adesse. Nonne uides q quotiés contulit in tripudiis in omnibus uicit? Minime tamen me Hercle Nicomachides ait simile est tripudio & exercitui preesse. Atqui Socrates ait cum nec cantus nec tripudii, expertus Antisthenes esset, tamen potuit reperire, qui optimi in huiuscemodi essent. Et cum imperaret ergo inquit Nicomachides alios, qui p eo aciem ordinarent reperiet alios uero qui ui oppugnabunt? Si ita in re quoq militari Socrates ait qui optimi sunt sicut in tripudiis fecit reperiet & illos aliis præponet Merito & in hac re uictor euadet. Nam & pecuniam eum impẽdere magis uerisimile est in hãc uictoriam rei militaris, quæ cõmunis toti ciuitati erit q̃ in illam quæ in tripudiis, solet tribui eis, cõmunis esset. Putas o Socrates igit eiusdem hominis esse in tripudiis pecuniam conferre ac imperare? Puto ego inquit q si in quacunq re quisq̃ præsit, & sciat quibus opus erit & possit illa acquirere. Optimus ille preses est, siue in tripudio siue domui, siue Ciuitati, siue exercitui presit, ad hæc me Hercle ait Nicomachides, nunq̃ putassem a te audisse bonos etiã Imperatores fore, qui boni patres familias sunt. Age ergo Socrates inquit utrius eorum officia inuestigemus ut sciamus utrum eadẽ sint an in aliquo differãt? Inuestigemus ait. Vtriusq enim hoc unum cõmune est officium inquit, subditos sibi obedientes efficere? Vehementer ait. Illa uero precipere cuilibet q̃ facere sciat, nõne cõmune utriusq est? Bonos uero premiis afficere malos aũt penis, nõne utrisq conuenit? Vtrisq inquit. Subditos uero beniuolos sibi facere nõ est utriq expediens? Expediens inquit. Socios aũt atq adiutores acquirere uidetur tibi q utrisq conducat? Videtur ait. Custodes uero rerum suarum esse, est oportunũ utrisq? Est inquit. Diligentes ergo & industrios utrosq esse oportet in suis officiis? Hæc omnia inquit similia utrisq sunt. Bellũ uero gerere minime utriusq cõmune ẽ.

Quid uero

Quid uero nũ inimici utrisq; esse possunt? pñt ait. Superare itaq; eos utrisq; expedit? Expedit ait sed ꝑtermittit dicere qđ utilitatis afferre æconomica possit si ad bellũ euenire oportuerit? Multum Socrates ait bonus enim paterfamilias cũ sciat nil ita lucratiuum & profuturum esse, ut pugnãdo hostes uincere, nec tam obfuturum & dãnosum ut uinci diligenter ea quidẽ quæ ad uictoriam obtinendam conducant perquiret & preparabit. Quæ uero uinci faciunt cõsiderabit & ab eis cauebit, & cum bene se sciat paratum uiriliter pugnabit; Cum autem non sit paratus abstinebit a bello indicendo. Noli o Nicomachides paruipendere homines æconomicos inquit, cura nãq; rerum priuatarum multitudine solum a reip. gubernatione differt, in cœteris uero similes sunt, quod uero magis est; ꝙ neq; absq; hominib⁹ ulla istarum regitur, nec per alios quidem priuatæ. ꝑ alios uero homines. publice res gubernantur. Fidem nanq; hominibus utunť qui reip. curam habent, quibus etiam illi qui ꝓprias & priuatas gubernantur. Qui enim uti hominibus nõ ignorẽt & priuatas & publicas optime regunt; Qui uero nesciãt in utrisq; errant. Cum disputaret autem quondam cum Pericle. Periclis illius celebratissimi filio. Spero o Pericles inquit, te imperatore effecto, meliorem honorabilioremq; ciuitatẽ ad res meliores fore hostesq; uicturam. At Pericles uelim o Socrates ait ita ut tu dicis fore, Sed quibus nam artibus ista efficiantur, nempe intelligere non queo. Vis ita ꝙ Socrates inquit de eis consideremus, quo nam modo effici possint; Vehementer ait considerasti igitur ait; Athenienses multitudine non esse pauciores q̃ beati sint? Cõsideraui inquit. corpora uero bona ac pulchra utrum a Boetia an ab Athenis putas plura eligi posse? Nec in hoc mihi uidentur Athenienses minus habere. Magis uero beniuolos inuicem quos, equidem Athenienses ait Boetorum nanq; multi cũ a Thebanis molestentur, maleuoli inuicem sunt, Athenis uero nihil esse uideo, ꝙ si honoris cupidi magis omnibus ac amicitiæ Cultores, Thebani uideantur. quæ multum homines ad pericula subeunda pro patria & honore hortanť,

nec in his Atheniẽses minus illis habent. At qui nulli sunt qui famosiora pluraue maiorum suorum opera ostendere habent ꝙ Athenienses quibus multi confisi nituntur uirtuosi ac fortes, effici. Hæc omnia quidem uera o Socrates sunt Sed uides ꝙ ubi illa mille cum Tolmide militum strages apud Lebadiam facta est & apud delum cum Ippocrate, ꝓstrata quidem Atheniensium, opinio apud Boetos Thebanorum autem aucta est, apud Athenienses. Ita ꝙ cum antea Boeti nec in eorum patria auderẽt sine Lacedemoniis aliisꝙ peloponensibus Atheniẽsibus resistere modo minantur ipsi per se Atticam aggredi; Athenienses autẽ qui antea, cũ soli Boeti essent. Totã Boetiam expugnabant Pertimescũt ne Boeti Atticam depopulentur. Tum Socrates sentio inquit profecto sic se ista habere uidetur autem mihi modo magis esse ciuitatem dispositam bono uiro optimoꝙ principi parere. Fiducia nãꝙ negligentiam inertiam & inobedientiam parit. Timor autem circumspectos obedientes ac ordinatos homines reddit Magnum argumentum huius nautas habes, qui quãdiu nil timeant inordinatione pleni sicut. Cum uero aut tempestatem aut bella suspicantur non modo facillime quæcunꝙ eis dicantur perficiunt. Sed etiã magno cum silentio attendunt quid eis precipiat sicuti illis qui tripudiis uacant. Si igitur ait Pericles nunc potius obediant dicere te o Socrates oportet quoꝙ eos modo horteẽ iterum ad pristinam attendere uirtutem famam atꝙ felicitatem. Quẽadmodum Socrates inquit, Si pecuniam quæ apud alios est ut ipsi capiant eos hortari uoluissemus tunc hoc maxime facere potuissemus quando eis ostendissemus illam eis fuisse paternam; acideo pertinere ad deos sic etiã nunc cum ut primas in uirtutibus exercendis habeant uelimus ostendendum est eis iam olim ad eos pertinere ꝙꝙ si in his studeant omnibus erunt potentiores facillime. Quo autem pacto ait Pericles hoc eis persuadebimus. Si ut puto inquit in memoriã eis reduxerimus quæcunꝙ de antiquioribus maiorum suorum audiuerunt quantunꝙ illi optimi fuerunt. Num dicis ait de iudicio ꝙ deos Cecrops & qui se

cum erant propter suam uirtutem diiudicarunt? Ita inquit. Nec non ortum. Erecthei ac educationem bellumq; q sub illo aduersus omnes Epirotas, qq; sub Herculis ple aduersus Peloponenses, omniaq; alia quæ sub Theseo facta sunt, in quibus omnibus patefactum est magnopere illos omnibus illius ætatis hominib9 præualuisse, q si ius quæ postmodum illorum quidem nepotes nõ multum autem ante nos peregerunt: partim illi per se contra illos pugnantes qui toti Asie ac Europe ad Macedoniam usq; dominabantur, amplioremq; potentiam q̃ sui maiores habẽtes ac magnas res gestas edentes. Partim autem & cum Peloponensibus tum mari tum terra uincentes, quiquidem dicunt, multum præ omnibus illius ætatis hominibus prestantiores fuisse dicũtur, nanq; ait. Quapropter inquit cum in tota græcia multi amissa patria alibi habitassent, ipsi semper suam coluerunt cumq; multi interse discordias habuerunt illorum arbitrio contenti erant ad illosq; nõnulli alii, a potentioribus lacessiti refugiebant. At Pericles ideo miror o Socrates cur ciuitas ad peius declinauit. Puto Socrates inquit q quẽadmodum alii quoq; nonnulli quoniam multum præualuerunt negligentia deditis, minus postea q̃ aduersarii habuerunt. Sic ẽt Atheniẽses cũ multum superassent negligere se ipsos & idcirco peiores effectos fuisse. Nunc aũt inquit q facientes pristinam uirtutem recuperent. At Socrates nil occultũ utputo. Nam si cognitis maio℞ suo℞ operibus nõ peius q̃ illi operent non peiores illis efficerent sin uero illos saltem imitando qui modo primas tenent & in eisdem quibus ẽt illi studendo si similiter atq; illi eis utant, non illis deteriores, q si accuratius ẽt meliores eos euasuros esse credo. Vt ex dictis tuis sentio inquit longe a uirtute ciuitas nostra est. qñ.n. Athenienses, aut Seniores ut lacedemoniẽses uenerabuntur; siquidem ab ipsis patribus incipiunt seniores despicere? aut Gymnasiis utent? Siquidem non modo ipsi parui bonam ualitudinẽ faciũt, Sed siquis est q curet derident eũ aut magistratibus obedient? siquidem glorian ẽt despicere magistratus Aut quando ita cõsentient? quippe qui pro eo

siquid tale teipsum sentias ignorantem, quæritare illos qui te sciant nec donis nec gratiis parendo, ut ab eis quæcunq; ignoras discas, ac bonos coopetatores habeas. At Pericles non fugit me o Socrates ait te talia dicere non ignarum q nullam eoꝶ habeo curam sed monendi me gratia q siquis uelit exercitum ducere horum omniũ habenda est ei cura; itaq; tibi ego quoq; hæc consentio. Hoc uero considerasti o Pericles Socrates ait quem ante nostrum agrum magni montes præpositi sunt Boetiam usq; descendentes, p quos ad territorium nostrum introitus arcti, arduiq; sunt & q to ta p medium montibus asperis munita sit? Ita ait. Quid ue ro inquit illud ne unq audiuisti quod cũ Mysi atq; Pisidæ in medio magni regis, Persarum imperio munita detineãt loca; leuiter etiam armati multa quidem discurrendo dãna regiis hominibus inferunt, ipsi autem in libertate uiuunt? Et hoc ait audiui Athenienses itaq; non putas inquit leuio ribus armis armatos dum in ætate teneriori sunt, ac mõtes antepositos habentes, damnosos hostibus Ciuibus uero & patriæ magnæ custodiæ fore? Omnia mihi uideris ait Peri cles utilia dicere. At Socrates cum ergo hæc tibi placeant inquit aggredere ea, uir optime quicquid enim istorum per ficias; & tibi honorẽ & Ciuitati utilitatem afferet, q siquis tuas uires superabit; nec tibi uerecundiæ nec Ciuitati nocu mento erit. Glauconam uero Aristonis filium cum cona retur concionari cuperetq; remp. gubernare nõdum uigin ti annos natus. Cumq; nullus nec amicorum nec ꝓpinquo rum, qui multi tamẽ ei erant, uidebantq; sæpe a pulpito tra iectum atq; detrusum & multis ridiculum factum dissuade re potuisset Solus Socrates beniuolus ei existens propter Charmidem atq; Platonem dissuasit. Cum enim ad eum ac cessisset Primo quidẽ ut uelit eum audire huiuscemodi uer bis eum detinuit. O Glauco inquit remp. nostram regere co gitas? Ita ait o Socrates. Siq̃d in humanis me Hercle, & hoc mihi honestum esse uidetur. Patet enim q si hoc obtinebis poteris ipsemet quæcunq; concupiueris obtinere, amicos iu uare, domum paternam eleuare, patriam augere, atq; famo

sus effecieris primo quidem in ciuitate deinde apud græciã totam, postmodum uero fortassis etiam apud barbaros si cuti Themistocles. Vbicũq; autem fueris ubiq; celeber eris. Hæc audiens Glauco superbiebat ac libẽter manebat. Post hæc autem Socrates patet autem hoc Glauco inquit q̃ si honorari uelis, utilitatem aliquam ciuitati reperire debes. Vehementer ait. Per deos igitur imortales inquit noli me celare, sed dic nobis, aquo incipies ciuitati benefacere? Cũ autem Glauco tacuisset quasi tunc cogitaret unde inciperet. Num Socrates inquit quemadmodum si amici domum au gere uelis, ditiorem eam conaberis efficere ita ẽt Ciuitatẽ temptabis ditiorem efficere? Ita inquit ditior aũt Socrates ait effecta fuerit, si ei multiplicent introitus. Verisimile est ait. Dic igiť nobis Socrates inquit in quibus nunc Socrates ciuitatis consistunt quotquot sunt patet enim te super his superasse, supplẽdi causa si quid deficiat. Me Hercle Glauco inquit super his nõ consideraui. Sed si hæc Socrates inquit preteriisti sumptus quos ciuitas subiit enumera nobis patet nãq; te cogitasse auferre illos qui superflui sunt. Me Hercle nondum nec ad ista uacaui. Quo itaq; pacto ditior Ciuitas efficietur. Superfidebimus Socrates ait, nec enim est possibi le ignorãtibus sumptus ac introitus horum curam habere. Sed o Socrates Glauco inquit possibile est ab hostibus ẽt Ciuitatem ditare. Vehementer ait me Hercle dũmodo quis hostes superaret. q̃ si uinceretur etiam sua ammittet. Verũ dicis inquit. Illum igitur ait cuius consilio bellum aliqui bus inferatur, & ciuitatis potentiam, & hostium scire opor tet, ut si maior est potentia ciuitatis suadeat bellum. Si mi nor abstinere cõsulat recte ait inquit profecto. Primo itaq; ait nobis expone tam terrestrem quã naualem ciuitatis po tentiam deinde hostium. Me Hercle ait non possem ita ore tenus tibi exponere. Sed profer inquit in medium siquid tibi de ista re, conscriptum existit? Valde nanq; libenter au diam. Me Hercle ait nec quicq̃ mihi conscriptum extat. De bello etiam igitur inquit non esset a principio Consulendũ fortassis enim propter eorum magnitudinem presertim cũ

nuper incepisti militare nondum inuestigasti, de custodia uero ciuitatis scio te curã habuisse, at scire quot, oportunæ quotue superfluæ, Custodiæ sunt. & quot custodis sufficiũt quisq; numerus eorum non sufficiens sit ac oportunas qui dem custodias consulere augere, superfluas uero auferre. Me Hercle Glauco ait, omnes ego dicerem esse tollendas cum ita custodiant, ut agro noceant nostro, at Socrates nõ ne putas inquit ꝙ siquis custodias auferret, potestatem arri piendi omnibus fore uolentibus. Vtrum autem tu ipse ha biens examinasti hoc, an quomodo scis ꝙ male custodian tur. Coniicio inquit. Cum igitur ait non coniiciamus, Sed certò sciamus, tum de his etiam consulemus Fortassis Glau co inquit hoc melius sit. Ad argentarios uero inquit certo teneo te nõ abiisse, ut habeas dicere cur pauciora nũc illinc q̃ antea adueniant, Minime inquit. Etenim me Hercle, So crates ait locus ille dicitur esse morbosus, quapropter cum hac de re consulere oporteat. Hæc excusatio tibi sufficiet. Considero Glauco inquit. Hoc tamen ait certe non negle xisti sed considerasti quanto tempore ad nutriendam Ciui tatem ꝙ in agro nostro nascitur triticum sufficiat, quan toq; alieno pro anno indigeat, ne te aliquãdo lateat ciuitas indigentiam perpessa, sed cognoscens possit consulendo Ciuitati quæ ei necessaria sunt iuuare saluamq; eam facere. Grauissimam rem ais Glauco inquit siquidem horum quo q; curam habere oportet. At qui Socrates ait nec suam pri uatam quisq; bene domum habitet, nisi omnia sciat, quib⁹ opus ei fuerit omniaq; diligenter acquirat, Sed cum ciuitas inquit ex pluribus quam decem milibus domibus cõstitu ta sit difficile uero sit tot domorum simul curam habere. Cur non temptasti unam primo Aui tui domum augere? Etenim indiget. Nam si hanc potueris maiorem efficere co naberis postea ẽt ciuitatem augere. ꝙ si uni prodesse nõ po teris multo minus pluribus. Sicut siquis unum talẽtum fer re non possit, quomodo nõ poterit plura ferre nõ esse ei co nandũ. Ad hæc Glauco, possim ego inquit domui aui ꝓdes se dũmodo mihi suadenti pateat. Cum igitur Socrates ait

uni tuo auo suadere non possis Cunctos Athenienses una cum auo tuo putas posse facere tibi parere? Caueo o Glauco inquit ne cupiditate honoris acquiras contrarium, An non uides quam periculosum sit ea dicere aut agere, quæ quisq́ ignorat. Considera autem quales apparent quoscúq́ cognoscis dicentes, aut agentes quæ minime sciunt utrum uidentur tibi in huiuscemodi laudari, an potius uituperari, & utrum honorari ab hominibus uel negligi. Considera uero etiam illos qui sciũt quæcũq́ dicát, quæcũq́ ue agát Vt ego náq́ puto in omnibus inuenias illos quidem honoribus & admiratione dignos qui maxime sciant, qui uero ignorant illos ignominiis ac contentu affectos. Si itaq́ cupis honoribus ac admiratione in Ciuitate affici; conare q̃ maxime potes quæcunq́ agere uelis. Si enim in his prestantior aliis effectus incipias remp. tegere, non mirarer si ualde facile quæcunq́ cupis obtineas. Charmidem autem Glauconis cum uideret magnæ auctoritatis hominẽ esse ac multo potentiorem illis qui remp. gubernabant formidantem autem ad remp. gubernandam accedere. Dic mihi o Charmides ait. Siquis cum sufficiens incertaminibus uincere sit ac ideo ut ipse honoretur; & patriam apud totam græciam honorabiliorẽ esse efficere possit nolet certare, qualem hũc uirum putas esse? Patet inquit quod mollem ac formidolosum ꝙ siquis ait cum possit remp. gubernãdo ciuitatem augere ac ipse honorari, non faciat, nonne merito pro formidoloso habeatur? fortassis inquit. Sed adquid me hæc interrogas Quoniam ait puto te cum possis, nolle curam habere presertim illorum quorum participare te necesse est, ciuem existentem. Quo uero argumẽto inquit Charmides meam uirtutem comprehendens, de his me accusas? In disputationibus ait, quas cum remp. gubernantibus aliquando habes etenim quando quicq́ tecum cõmunicant. Video te recte consulentẽ; & cum peccant recte increpantem. Non est simile o Socrates inquit priuatim disputare & in uulgo certare. Atqui ait qui numerare possit; non minus apud uulgum quam solus numerat. Quiq́ per se optime citharizare sciát, iidem etiam

Iidem etiam apud uulgum primas obtinent. Verecundiam autem & timorem, non uides inquit, quod innata homini bus sint & multo magis apud uulgus quam cum soli simus nos molestant? Scio ait teq; admonere uolo, ne cum neq; prudentiores uerecunderis neq; potentiores timeas coram insipientioribus ac debilioribus rationari desistas. Vtrum enim coriarios aut Cerdones, aut edificato es, aut fabros, aut agricolas, aut negociatores, aut illos qui in platea uer santur ac cogitant quid cum pauci emant, magni uendant uerecundaberis, Ex huiuscemodi nanq; concio consistit. Q d' uero tu nunc facis, quid putas differre ab illis qui cum sint meliores exercitatis ignauos homines timeant cum ita q; disputando tum illos qui primas in Ciuitate habent; qui q; facile te disputantem despiciunt tum illos qui conantur apud uulgus concionari multo superas coram illis qui nec unq̃ te despexerunt, nec de rep. cutarunt te dicere pigebit ti mentem ne derisui eis fias? Quid uero Charmides ait, non ne tibi uidentur Concio nonnunq̃ eos deridere, qui recte dicũt. Nam & ceteri inquit Quapropter admiror te si illos cum hoc faciant facile arguens cum istis nullatenus putas posse conuersari? Noli te o optime ignorare nec illa pecca re quæ plurimi. Multi etenim res alienas curiosius inuestigã tes se ipsos examinare negligũt noli itaq; contẽnere istud. Sed conare ad te ipsum attendere neq; remp. negligere si quid utilitatis per te adipisci possit. His enim bene habenti bus non solum cœteri Ciues. Sed tui etiam amici & tu ipse non parum utilitatis acquiras. Aristippo autem uolẽti So cratem redarguere quemadmodum ille prius ab ipso redar guebatur, uolens presentibus Socrates' Aliquam utilitatem afferre, Respondit, non quemadmodum illi qui cauent ne sermo in aliquo mutetur, sed quemadmodum potuisset audientibus persuadere ut bene agant. Ille nanq; cum inter rogauit, siquid bonum esse sciat ut siquid tale dixerit; utpo te Cibum aut potum, aut pecuniam, aut sanitatem, aut ro bur, aut audaciam ostendat hoc idem quãtoq; malum esse. Socrates uero sciẽs q; siquis nos grauet, optamus ut aliquis

nos eo liberet, respondit quemadmodum oportebat. Vtrū inquit interrogas me. Siquid febrium bonum sciam? Mihi me ait sed oculorum doloris? Nec istud. Sed famis? Nec famis ait. Atqui inquit si me interrogas siquid bonum esse cognoscam quod nullius sit bonū, nec scio tale, nec opus est mihi. Rursus Aristippo interroganti eum siquid probum sciat. Et multa inquit. Vtrum autem ait omnia simi lia inuicem? Nonnulla inquit quantum possibile sit dissimi lia inuicem? Quomodo igitur ait, quod probo dissimile est, probum esset? quoniam inquit probo, ad cursum homi ni alius dissimilis est & alius ad palestram, necnon etiam scuto quod ad protegēdum probum decensq; sit ualde dis simile est; telum bonum q̄ adhoc factum est, ut cito & ue hementer feratur. Non aliter mihi respondes ait; nisi quem admodum cum te interrogaueram siquid bonum scias. Tu uero putas inquit aliud bonum, aliud probum esse. Nonne cognoscis quod ad eadem omnia bona ac proba sunt? Primo nanq; uirtus non ad alia bonum ad alia pro bum est. Deinde homines secundum idem. & ad eadem boni atq; probi dicuntur. Ad eadem etiam in corpora ho minum bona atq; proba apparēt. Coeteraq; omnia quibus homines utuntur ad eadem comparata bona & proba pu tantur, ad ea scilicet quorum gratia facta sunt. Num igitur ais corbis qua stercora efferuntur probum est? Me Hercle inquit ac scutum aureum improbum & turpe dummodo illud quidem bene istud uero male, ad suum opus factum sit. Dicis igitur ait, eadem esse proba & improba. Non solū me Hercle inquit. Sed etiam bona & mala, plures enim q̄ fami bonum febribus malum est & q̄ febribus bonum fa mi malum est. Multotiens etiam q̄ ad cursum probum ad palestram improbum, q̄ uero ad palestram probum, ad cur sum improbum, Omnia nanq; ad illa comparata ad quæ bene se habent, proba ac bona sunt, ad illa autem quæ ma le; mala ac improba. Domos quoq; cum diceret easdem esse bonas atq; utiles docere, mihi uidebatur; quales opor tet edificare. Vtrum enim aiebat illum qui habiturus est

qualem deceat domum, hoc considerare oportet, ut quam delectabilis & utilis habitantibus sit. Cum uero hoc concederetur, delectabile itaq; dicebat est, in æstate frigidam illā habere, In hyeme autem calidā. Cum autem etiam in hoc consentiret in domos igitur aiebat respicientes; meridiem in hyeme solares radii ingrediuntur tempore uero æstiuo cum sol supra nos & tecta eat umbram reddit. Si itaq; bonum est sic ista fieri, oportet altiora quidem quæ meridiem respiciunt edificare, ut sol hyemalis non excludatur. Humiliora uero quæ aquilonem, ut frigidi non incidant uenti, & ut uno uerbo dicam ubi omnibus horis ipseq; libentius refugiat suamq; supellectilē secure deponere possit, ista profecto maxime delectabilis, ac optima domus esset. Picture autem ac uarietates plures, delectationes auferunt q̄ afferunt. Templis uero atq; aris locum esse aiebat conuenientem, qui cum eminentissimus sit non facillimum aditum habeat. Confert etenim hoc tum ut aspicientes orent, tum ut casti adeant. Rursus interrogatus utrum fortitudinem natura an doctrina assequamur, Puto equidem inquit quod quemadmodum corpus alio corpore robustius ad labores subeūdos nascitur, sic etiam animam alia anima fortiorem, ad pericula substinenda fieri. Multos nanq; in eisdem moribus, ac legibus nutritos uideo multum alios, aliis audacia excellere: Arbitror tamen omnem naturam doctrina, ac exercitatione ad fortitudinem crescere, patet nanq; q̄ scithæ & Thraces non auderent scutis ac hastis aduersus lacedæmonios, pugnare. Econuerso uero lacedemonii, nec aduersus Thracas. Peltis ac Telis, nec contra Scithas arcubus uelint certare, preterea eodem modo in aliis quoq; omnibus uideo; & natura homines inuicem differre; & studio multum augeri. Equibus patet omnes homines, oportere siue boni siue mali ingenii sint, discere atq; studere in eis, in quibus uelint excellere. Sapentia uero & moderatione non distinguebat. Qui enim bona atq; honesta sciat, ut eis utatur, ac turpia cognoscat, ut ab

eis abstineat. Sapientem ac moderatum esse iudicabat. Interrogatus uero si illos qui sciant quæ agere oporteret contra uero facientes, sapientes & abstinentes esse arbitteť. Immo inquit insipientes potius atq; ignaros; omnes enim ut opinor, eligendo q̃ maxime possunt quæcunq; eis cõducere uideantur illa agunt. Quicunq; ergo non recte agant, neq; sapientes, nec moderatos eos esse. Aiebat autem; Iustitiã etiam omnemq; aliam uirtutem sapientiam esse oia enim siue ista, siue quæcũq; cum uirtute aguntur, bona atq; honesta sunt, quæ siquis sciat, nec eligere nec agere alia p̃ter hæc potest ꝙ si conaretur ab errat. Econuerso uero qui nesciat nec agere illa potest; & si conaretur aberrat. Cum igiť tum iusta tum etiam alia bona, atq; honesta uirtute perficianť, patet iusticiam ac omnem aliam uirtutem sapientiam esse insipientiam autem contrarium esse sapientiæ ponebat, nõ tamen inscitiam insaniã appellabat. Sed ignorare se ipsum ac illa quæ nesciret opinari cognoscere hoc ꝑpe insaniam esse aiebat, quãuis uulgus non illos qui nesciant quæ plures ignorant; putent insanire. Sed illos potius qui ignorãt quæ plures cognoscant. Nam siue tam longum quisq; se esse putet, ut cum portas exeat Ciuitatis oporteret inclinare siue tã robustum ut conaretur domos supra humeros tollere aut aliquid aliud facere, ꝙ omnes impossibile esse sciant illum insanire dicunt. Qui uero in paruo q̃uodam aberrat ille nõ uidetur uulgo insanire. Sed sicut uehemens desiderium. Cupidinem appellant sic magnam inscitiam insaniam nominant. Considerant aũt quid inuidia sit, dolorem quendam reperiebat eam esse non tamen, nec in aduersa amicorũ, nec in secunda fortuna inimicorum. Sed illos inuidere aiebat, qui in amicorum prosperitate doleãt. Cum uero quidam mirarentur, siquis cum quendam amaret; doleret in eius prosperitate, ostendebat multos esse, ita ad quosdam affectos, ut eos aduersitate laborantes non possint negligere Sed in quantum possunt succurrant; In prosperitate uero eorum doleant. Hoc autem prudenti uiro minime, Sed stolidis contingere asserebat. Cum uero de otio quidnam sit

consideraret, ut plurimum dicebat, q omnes aliquid faciūt Etenim qui taxillis, quiq; in sui uacant aliquid faciunt nihilominus huiuscemodi omnes ociosos dicebat. liceret nanq; eis, istis dimissis meliora eis agere a melioribus uero ad peiora cadere, nulli ocium esse deberet q siquis faciat male facit. Reges autem & principes non illos esse qui sceptra ferunt dicebat, nec illos qui aut a quocunq; contingit electi aut sorte, aut uiolentia, aut deceptione assumpti fuerunt, sed qui regere sciant Cum enim quisq; fatebatur principis quidem proprium, esse iubere quid oporteat facere. Subditi uero parere ostendebat, & in naui illum principem esse, qui sciat, Patronum uero nauis & alios nautas omnes obedientes scienti ac in agricultura quicunq; habeant agros & in ægritudine ægrotos & in corporum exercitatione qui se exercent cœterosq; omnes qui possideant aliquid q indigeat cura. Si illi quidem scire putent de eis Curam habent, q si non scientibus nō modo cum absint parent sed etiam absentes inuocant. Vt illorum consilio quæ oporteat agát. Intexendo uero mulieres quoq; mostrabat maritis dominari propterea q ille quidem artem texendi sciant, illi aūt ignorent. Q d siquis ad hæc opponeret q tyráno licet non illis parere q recte dicant, & quomodo liceret non parere inquit Cum damnum peccantibus impositum sit. Si quisq enim non illi pareret qui recte dicat peccet necesse est, qui uero peccat necessario damnatur. Q d siquis diceret Tyrāno licere etiam interficere illum qui recte sapit, eum itaq; aiebat q ualentiores suos socios interimat putasnem indēnem, fore aut in minimis damnari? Vtrum enim arbitraris saluum manere illum qui huiuscemodi agat an hoc modo quācitius perimi? Cum quidam uero eum interrogasset quid ei uideatur optimum homini, studium respondit bene agere. Cum autem rursus petiisset si etiam secundū fortunam studium putet esse totum inquit cōtrarium ego fortunam & actionem esse puto, cum enim nō queritanti quicq boni cuiq occurrat. Secundam fortunam hoc esse. Cum uero doctrina ac exercitatione bene quis agat, hoc bonam

actionem esse arbitror; quicq hoc meditantur hi mihi bene agere uidentur, optimos quoq ac deo amabiles illos esse aiebat, qui in agricultura quidem quæ agriculturæ sunt, in mædicina quæ mædicinalia sunt, in rep. quæ ciuilia sunt bene agant. Illum uero qui nihil horum bene agat nec deo amabilem, nec in aliquo utile esse aiebat. At qui si quando etiam cum artificibus disputasset, & his per utilis erat Cum quondam enim ad Parrhasium pictorem intrasset ac secum disputaret; num o Parrhasi inquit pictura est eorum quæ uidentur imitatio? Nam concaua & eminentia, tenebrosa ac lucida dura, & mollia; & aspera; & lenia, ac noua & uetera corpora per colores imitamini? Verum di cis inquit. Venustas itaq species cum similes reddere uelitis ait cumq non sit facile ad unum hominem omnia inreprehensibilia habentem respiciendo imitari, a multis colligentes quicquid optimum, quilibet habeat sic facitis corpora uenusta apparere, sic facimus inquit. Quid igitur animi effigiem illam suauissimam amantissimam atq carissimam non imitamini; an non est imitabilis ista? Quo nanq pacto inquit o Socrates imitabile hoc esset, quod neq proportionem neq colorem, neq quicq illorum quæ tu paulo antea dixisti habeat nec simpliciter uisibile sit? Verum ait hoc fit in homine quod modo amice, modo inimice quosdam uideat. Ita inquit. Atqui ait magnificum ac liberale, humile ac illiberale, moderatum ac prudens; contumeliosum ac honesti ignarum tam per faciem quam etiam per gestus; tam stantium quam illorum quæ mouentur hominum patefit. Ita inquit profecto. Quædam ergo imitationes eæ, etiam sunt. Vehementer ait, Vtrum itaq inquit illa libentius putas homines uidere per quæ honesti boni amabilesq mores apparent; an illa per quæ turpes ac praui ac odiosi? Multum interest me Hercle inquit o Socrates.

Quondam uero Clitonem statuarium adiens. Habito cum eo sermone o Clito ait certe quidem teneo ac uideo quod dissimiles facis cursores; luctatores, pugiles, an pan

cratiastas, illud uero q per uisum maxime delectat: hi uum scilicet apparere quomodo statuis immittis? Cum uero ignorans Clito respondere differebat. Vtrum in/quit q maxime uiuentium formis, assimilans opera tua uiuaciores facis statuas apparere? Vehementer inquit.

Passiones uero etiam corporum quæ in quoq labo/rant imitari nonne quandam delectationem uidenti/bus affert. Cui non inquit. Illorum itaq oculi ait qui pugnant comminacesne, uictorum autem frontes lætæ ostendendæ sunt? Vehementer inquit. Oportet igitur ait statuarium animi affectus per corporis effigiem ex/primere. Ad Pistiam autem armorum fabrum cum ille Thoraces ostenderet, Socrati bene elaboratos per Iunonem o Pistia inquit bona hæc inuentio est, eo q Thorax illas quidem quæ indigent cooperiri homines partes operit non autem prohibet manibus uti. Porro dic mihi o Pistia, cur cum nec fortiores, neq sumptuo siores facias Thoraces, maioris uendis? Quoniam ait o Socrates concinniores eos facio. Concinnum autem inquit utrum mensura aut pondere, ostendens maioris existimas. Non enim æquales omnes, nec similes pu/to te facile, siquidem decentes eos facis. Ita inquit me Hercle. Nam absq hoc nulla esset Thoracis utilitas. Sed tamen Socrates ait, corpora quoq hominum alia quidem concinna alia uero inconcinna alia sunt. Vehe/menter inquit. Quo igitur ait modo corpori inconcin/no decentem Theoracem concinnum facis. Quemadmo dum, inquit decentem, quicunq enim decens est ille etiam concinnus est. Puto te Socrates ait non per se, sed ad illum qui utitur hoc inconcinnum statuere, ac si diceres scu tum cuicunq decens sit, illi concinnum esset, similiter uestem & cætera eodemmodo uidentur tua opinione habere, At tamen fortassis, aliud quoq non paruum bonum decen/ti adest. Doceas inquit o Socrates siquid habeas Minus ait grauitate, opprimunt qui decentes, q qui non decentes

sunt, quanq̃ equale pondus habeant. Qui hãcq̃ non sunt decentes, aut toti ab humeris pendentes, aut aliud membrum ualde opprimẽtes, graues & intollerabiles efficiuntur. Qui uero congrui sunt & decentes, partim nodis scapularũ, partim abhumeris, & tum a pectore tum a tergore & uẽtre sub leuati leuissime feruntur. Bene inquit dixisti ob has enim causas mea opera, ego magni esse existimo, nonnulli autem signis uarios & de auratos, thoraces potius emunt, at Socrates. Si propterea incongruos emunt ait, malum mihi uidetur uarium & deauratum emere. Cum uero ait corpus nõ maneat, in eodem sed modo curuetur modo erigatur quo modo exquisiti, conueniant eis thoraces, Nullo modo inquit. Inquis ait non illos decentes esse qui exquisiti sunt. Sed qui non molestant dum quis eis utatur. Tu ipse o Socrates etiam dixisti, & modo recte iudicas. Cum autẽ mulieres cuiusdam formose, nomine. Theodotæ quidam eorũ qui tunc aderant Socrati meminisset dixissetq̃ omnem de suis laudibus differentium sermonem a pulchritudine mulieris superari, ac asseruisset pictores etiam eam adiuisse imitandi causa, & illam ostenderte, quæcunq̃ honeste posset, eamus & nos uisum eam Socrates ait. Non enim magis auditu q̃ uisu de ea discemus. Itaq̃ illo ductore qui eam laudauit, Theodotem ad euntes inuenerũt eam ad stantem pictori. Cum aũt pictor cessasset. Vtrum nos inquit o uiri optimi gratias agere Theodotæ oportet, quoniam nobis suã pulchritudinem ostendit, an potius eam nobis quoniam uidimus? An patet q̃ si utilior huic est ostentatio ista hãc nobis q̃ si nobis uisus, nos huic gratiam agere oportet. Et cũ quidam dixisset iuxta eum dicere Hæc itaq̃ ait, iam nunc laudem a nobis lucraẽ cum uero pluribus predicabimus plus utilitatis habebit. Nos autem & ea quæ uidimus tãgere cupimus, & abibimus amore dolentes, & absentes desiderabimus e quibus omnibus fiet, ut nos quidem seruiamus, huic uero seruiatur. At Theodota me Hercle inquit si hæc sic se habent me oportet uobis gratias agere. Post hæc cum Socrates uideret, ipsam magnifice uestitam, ac matrẽ præsentẽ

non uulgari

non uulgari ueste indutam & famulatum curiose ad stantē ancillasq; multas atq; formosas, & has quidem non neglectas. Cœterisq; oibus abundanter, domum eius conditam, Dic mihi ait o Theodora est tibi ager? Minime ait sed domus redditus habens? Hæc domus ait? Nunquid aūt artifices quidem manibus tibi laborantes? nec artifices ait, Vnde igitur inquit necessaria habes? Siquis ait amator mihi effectus benefacere uelit, hic mihi uita, & redditus est. Valde bona e castor inquit possessio est, multoq; melius est amicorum q̄ ouium, bouum ac edorū gregē possidere, Sed utrū inquit fortunæ relinquis siqs ad te ut musca uolet, aut tu ēt aliqd machinationis ꝯfers: & quo ait pacto huius rei machinationem ego ullam inueniam? Multo magis, inquit me Hercle q̄ Aracne, Scis enim ꝙ ille cum uenenī illa quæ ad uictum eis necessaria sunt, telis subtilibus contextis quodcū q; in his incidat hoc uescuntur? Consulis ergo ait mihi ēt aliquem contexere laqueum. Non.n.inquit sic inerte credere oportet ꝙ magni existimandum est uenatu amicos capere. Nonne uides ꝙ ēt lepores parui existimandam rē sectando multa machinanī, dum.n.noctu pascēdo aberrant, sagacibus canibus eos captant, at alios interdum habent canes, quibus nocturna quæ liquerint cubilia comperiant tum & si quos offenderint lepores eos habent alipedes canes quibus abuolantes queant intercipere, Nec non & retia per insidias disposita sunt, quibus quæ canum ora effugiunt decipiantur. At ipsa quo nam hoꝝ utar ad meos captādos amatores? Si per Iouem inquit ille pro cane quempiam apud te habebis inuestigatorem huiusmodi amatoꝝ atq; fortunatorum hominum, quiquidem ut primum eos compererit doctus arte efficiet, ut tua inter retia concidant, At illa, & quæ nā sunt apud me rhetia inquit? Tum ille, & per q̄ optima inquit, forma.n.istæc tua atq; ingeniū quo calleas amicos uerbis gestuq; tibi affectissimos reddere eos item qui te amēt, perhumaniter suscipere, dissimulatores ue o amoris excludere bene de te promerētibus bene gratias referre, eos item qui in aduersam aliquam sortem inciderint, tua ope

leuare, qui uelo secunda fortuna utatur illi congratulari, & qui deniq; te ardeant eos omni gratia prosequi & nosti quidem non molliter modo amoribus inseruire uerum & ipso flagrare amore, & ut adsint tibi optimi aliqui amatores te ipsa, non uerbo efficis. Tum illa me Hercle horum nihil a me machinamenti fit. At ille atqui permaximi interest prout fert natura cum homine uersari. Nanq; ui amicos neq; capies neq; tenebis. Beneficio enim & uoluptate fera hæc capitur. Verum tu inquis ait. Oportet quidem inquit ab amico ea petere quæ facile atq; non inuiti faciant tum de te benemeritus bene referre opus est. Nanq; sic maximis peremnibusq; beniuolentiæ uinculis mutuo se se intercipient omniumq; erit in primis gratissimum si tua tum dederis; amanti dono cum egeat. Videns, ut cibum etiam dum non appetentibus porrigas iniocundus sit quin & saturis fastidium afferat, Appetentibus uero & famescétibus etiam minus apparatiores cenæ sunt iocundæ. Et quonam illa inquit pacto Ipsam hanc famem in quoquam excitabo? Si me Hercle inquit non ultro saturis ipsam te offeras usq; dum rursus appetant, illis uero qui te appetant; talem te exhibueris; ut nō per lasciuiam te, Sed per beniuolentiam deputent sibi atque quale poscant munus dari. Etenim interest ita exposcentibus atque saturis ipsam te prestare. Tum illa & quid non fuisti o Socrates amicorum conuenator mea causa? Id inquit me Hercle si suaseris. Tum illa & quo modo inquit tibi sua debo. Ac ille tu istuc uideto siquid tibi nostra futura est usui opera; Et illa modo ad me sæpius redeas. Tum Socrates suū hac in re ocium carpēs inquit; non id per res meas & publicas & priuatas possum. Sunt ēt & apud me nonnullæ amicæ quæ quidem me die noctuq; assiduum detētent; uenenaq; a me amatoria cantionesq; ediscant. Scin tu inquit illas & huiuscemodi hæc? Quidnā inquit putas rei esse, q̄ Apollodorus & Anthisthenes hic a me nusq̄ discedāt quid item & Cæbes Simiasq; e Thebis ad me pficiscantur. Velim hoc scias non sine cantionibus atq; ueneficiis hæc fieri, Et peto

abste inquit ut eà mutuo nobis des quo ipsum te ad nos cō modius traham. Non istuc inquit uelim abste trahi quo ad te ueniam. Sed ipsam te ad me trahere, quo ad me uenias. Veniam inquit illa modo suscipias. Suscipiam ait ni modo intus apud me te amantior fiet. Epigenem uero quendam inter eos qui aderant familiarem uidens q adolescens ad huc inualido esset corpore, Et quid inquit ita te corpore ut ita loquar priuato, adesse intueor At ille etiam rebus in quit publicis, & ipsæ non aptus ingenio sum o Socrates, Tum Socrates nescis inquit, multa in Ciuitate certamina esse constituta in quibus se non minus q̃ in olympicis ci ues oporteat exercere? At tibi parum uidetur apud ho- stes pro patria, de uita certare ut sæpe ciues attici con sueuere. Num propter imbecillitatem corporis euenit, ut nonnulli in bellorum periculis, aut pereant aut turpi ter euadant. Multi item capti aut in seruitute dura ui- tam degant; aut perpexis maximis cruciatibus tandem sese omnibus suis facultatibus expositis redimant, quo fiat ut reliquam omnem uitam, per summam ægesta- tem ducant de seq apud multos opinionem subeant formidolosi ob corporis imbecillitatem; Num tu id circo hoc imbecillitatis precium minimi ducis, putas ne ferendum facile, Multo quidem faciliora uoluptuo- sioraq ea deputo quæ ferenda sint ut corporis robore & uiribus probe ualeas Quid tum putas ne malam ha- bitudinem; corporis magis ad firmitatem; & ad reli- quas res agendas conferre, q̃ bonam habitudinem? an ea negligis quæ per bonam habitudinem corporis fi- ant? Contra quidem euenit his; qui bona habitudine corporis fruantur, atq his qui mala, Etenim hi rectius ualent qui corpore sunt uiribus ualido quo in bellorum cer tamine, se suosq seruare patriamq tueri periculaq superare possint, quo item gratiam gloriamq, nancisci, & reliquam omnem uitam lætam & plenam auctoritatis ducant suisq liberis optimos posteritatis fructus relinquunt neq.n. opor te t, etsi patria nullas publicas expeditiones exerceat eo etiā

priuatam de his rebus curam non habere, Velim scias nullã ad rem exequendam tibi corpus futurum impedimento si uiribus recti ualeas Ad quæuis.n.peragenda, corpus huiusmodi per utile est in omnibusq; corporis usibus multo differt robore ne ualeas an imbecillitate, interpelleris. quæ quidem ad ingenium expectant. Et si minime putas cõmertiũ habere cum corpore, fit tamen ut & a corporis imbecillitate impediãtur. Nam obliuio meror furor, duritiesq; animi nonnunq̃ a corporis mala ualitudine oboriunť. Quibus uero corpora recte ualeant, nullum inde ad mentem periculũ redundat. Itaq; ualitudinem integram ad omne q̃ ab imbecillitate, manat tollẽdum incõmodum ualere constat. Pro his igitur tollendis quæ ut diximus aduersa sunt, quis mẽtis compos non ẽt maximos labores perferet. Turpe ẽt est per secordiam senescere anteq̃ compertum habeat, quid uiribus ualeat. At competisse hæc poterit nemo nisi experiatur, nõ enim sponte sese ostendat. Cum aũt quidam stomacharet q̃ salutanti sibi quispiam nõ respondisset ridiculum inquit si corpore; aliquem deterius sẽ habentẽ q̃ ipse te habeas offẽdisses; nulla inde molestia suscepta ab iuisses, quod aũt huc animo agrestis, & minus bene morató q̃ ipse sis offenderis, doles. Cuidam uero dicenti in iocunde edo acumenus inquit huic rei bonam medicinam edocet & quæ nam inquit ea est. Cessare inquit iubet a cibo, nam & uoluptuosius & parcius & ualitudini conuenientius comedes. Cuidam aũt dicẽti calidam esse aquam quam biberet, Calida inquit igitur tibi erit ubi lauari uoles. At ille minime, nam ut lauet frigida est. Nunquid ne & pueris tuis, eadem est sententia ut neq; ad bibendum eam aptam putent? Non inquit ille uerum qui pluries admirari soleo quid nã ita uoluptuose ad horum utrũq; utatur. Vtrum inquit aqua istæc tua calidior est q̃ quæ in Aesculapii tẽplo est. Illa inq̃t quæ apud esculapium, Recordare igitur ait q̃ sis & pueris tuis, & sacram aquam adeuntibus fastidiosior futurus. Quẽdam aũt qui acrius uerberasset seruum rogauit q̃ ita excandesceret. Inquit ille q̃ cum offarum sit omniũ uoracissimus

O

idem est molissimus Cumq; sit auarissimus idem & p quã segnis est. Tum Socrates considerasti inquit pluribus ne tu uerberibus an seruus indigeat tuus. Quodam uero timente inere uiam quæ ad olympiam ducit, Cur inquit. Itineris laborem extimescis? Num & domi integrã fere diem ambulas? illic item æq; & proficiscendo prandebis, cenabis atq; obdormies, num perpendis q si in unum extenderis dierum quinq; aut sex domesticas ambulationes facile ab Athenis usq; olympiam attinges gratior q tibi erit uia si unum ante diem iter precipies quam si super sederis. Cogi enim maiora q̃ pat sit facere itinera difficile. An cõfert quidem laborem diei unius in plures diminuere prestatq; in arripiẽdo itinere festinare q̃ in uia. Quendam aũt q se longa uia fatigatũ diceret rogauit num & quidpiam ferret oneris. Non me inquit Hercle ille sed solam uestem? Solusue pergebas an te puer quispi ãsectabatur? Sequebatur ait uitũ inquit ille uacuus an aliquid ferens? Ferens inquit instrumẽta uasaq; nonnulla. Et quonã inquit pacto, ille se habuit, sessus ne. Mihi inquit indefessus, magisq̃ ipse. Et quid inquit ille quonam te pacto habuisses si illius onera tulisses? Male inquit me Hercle. Nequissem quidem. Quod igitur tãtum sis puero tuo ad laborẽ imbeccillior; quid putas exercitati ne uiri tibi hoc esse uidetur. Cum aũt ex familiaribus qui una concenatum conuenissent alii latius alii parcius obsonium contulissent percipiebat Socrates, ut quæ minora adessent obsonia, in medium omnibus apponerentur aut partirẽtur in singulos. Hinc illi qui maiora & lautiora sibi portassent, ducebãt illiberale & non ex cõmuni sumere, & suo quoq; non itidem obsonia esse cum cœteris cõmunia quo factum est ut cum nihil se precipui habere in cena uiderent, tum ab intemperanti sumptu obsoniorum disisterent. Cũ uero intueretur quendam ex familiaribus uoracius non cũ pane sed merum obsonium assumere, & sermo haberentur de ui nominum impositorum rebus. Habemus ne inquit dicere quid nam nobis opsophagus significet, comedunt enim omnes obsonia pro condimento panis cum adsint.

Sed non est ut putem eos obsophagos nuncupandos tun ex familiaribus quidam nō inquit. Quid inquit ille utrum qui non exercitandi gratia merum obsonium assumat sed uoluptas obsophagusne an non nuncupabitur? Vt ni hic sit minime alius sit. Et cum alius rogasset qualis foret appellā dus is qui modico pane multo obsonio uteretur, Mihi quidem ait Socrates is merito obsophagus appellatur. Et cum cœteri homines adiis orent fructuum copiam merito is obsonii orabit copiam Cum hæc adolescens ipse esse dicta intelligeret moderatior fuit, panemq; addidit. Id intuens Socrates, consideretis inquit uos qui propius estis pane, e pro condimento obsonii, an obsonio pro panis condimento utatur. Alium uero quendam ex familiaribus in cena intuens multa obsonia in tincto pane degustantem utrum ne fieri pulpamentum sumptuosius potest q̄q; minus exarte factum sit q̄ q; is facit qui multa simul uaria desumit. Cum enim plura q̄ pulmentores ipse misceat sumptuosiora quidem facit. Cum autem illa misceat quæ harum rerum artifices non immiscent dum illi ex arte fecerint is non recte facit At qui quomodo non esset ridiculum comparare predictos pulmentores ipsum autem artis non ignarum solum, Sed ne opinantem quidem in ea re, se quidpiam nosse confundere Quæ docti artis composuere Et ad hæc huic qui multa assueuit cōmedere multa alia eueniunt quæ non assueto. Nam cum non adsint multa minus se putat habere q̄ par sit, ob consuetudinis uitium, Qui uero panem unum consueuerit uno obsonio sumere, si non aderunt multa facile sine molestia illo utetur. Dicebat etiam ipsum id quod apud Athenienses cōmedere nuncupatur, apud alios Euochiste dici q; si eius uerbi uim consideras dictum intelliges Quod bene & ea comedantur quæ neq; difficilia comparatu sunt. neq; animo corpori ue noceant itaq; illos putādos Euochistas qui sobrie uiuerent.

XENOPHONTIS DE FACTIS ET DICTIS SOCRATIS MEMORATV DIGNIS LIBER QVARTVS.



AM uero utilis Socrates cũctis erat in rebus ut homini considerare uolenti & minus sentienti palam pateat nil utilius esse ꝙ cum Socrate, quocunq; locorum de quacũq; uis re conuersari. Nam & absentem eum memoria solũ repetere nõ parum utilitatis familiaribus suis quiq; cum eo uersabantur afferre solebat, Non enim minus io cose ꝙ seriose loquendo suis necessariis proderat Pluries itaq; dixerat quosdam amare, palam uero patebat non eos qui pulchritudine corporis præstabant. Sed illos quorum animus aptus ad capescendam erat uirtutem amare. Acura uero ingenia illorum esse putabat qui celeriter ea discerent quibus studebant & memoria retinerent quæcunq; discerent, ac illas doceri cuperent disciplinas quæ utiq; prodessent; & ad domum ac Ciuitatem ꝙ optime habitandam, & simpliciter hominibus rebusq; humanis bene utendum. Huiuscemodi nanq; adolescentes opinabatur si docerentur, non solum ipsos domosq; eorum fœlices fore. Verum etiam cæteros homines atq; ciuitates posse beatas efficere. Non autem eodem modo omnes conueniebant doctrinam docebat illa ingenia indigere doctrina: quæ ꝙ optima sint, Nam & equorum quicũq; fortes generosi ac dociles sunt, si ab ineunte etate domenẽ optimos ac utiles, si uero indomiti maneant effrenatos ac pessimos effici. Canũq; quæcunq; ingeniosæ sagaces laboriose feris importune bene quidem eruditas, optimas ac putiles uenationibus. E conuerso uero uanas, furiosas ac inobedientes effici. Similiter itaq; hominum quotquot ingeniosi animo fortes actiuiq; sint eruditi quidem ac rerum illarum docti quæ agendæ sunt optimi atq; utiles fiunt. Plura nanq; atq; maxima bona operantur.

Rudes autem atq; indocti pessimi nociuiq; efficiuntur. Cũ enim discernere non queant quæ agenda quæue omittẽda sint sæpe prauis operibus uacant. Q đ si etiam elati animi uehementesq; sunt effrenati propterea peruicacesq; reddun tur quo circa plurimorum magnorumq; malorum causa fiũt. Illos autem qui ob diuitias gloriosi nil indigere doctri na putabant, Sed pecuniarum copiam satis eis esse arbitra bantur ad honores acquirendos, omniaq; alia quæcunq; ue lint per agenda admonebat dicens, stolidum esse eum qui cum non discat, quæ utilia quæue nociua sunt putat eá pos se discernere quiq; non potẽs ea discernere propter diuitias arbitretur posse quæ sibi conducat illa per agere; quiq; non potens, quæ conducant agere illaq; agere putet, & sufficien ter ad bene uiuendum paratum. Stolidum quoq; illum esse aiebat qui cum nil horum sciat putet ꝑpter diuitias bonus posse apparere, aut cum nõ possit bonus apparere nihilomi nus arbitretur, posse honores adipisci. Narrandum autem nunc est quonãmodo esse illos emendabat qui se putabant eruditos doctos atq; sapiẽtissimos. Cum enim Euthidemũ consideraret multa multorum poetarum; rethorum; ac phi losophorum quorum maior habebatur opinio scripta con gregasse quam ob causam multum iam suos equales sapien tia præcellere putabat atq; sperabat tam in agendo q̃ in di cendo omnibus fore prestantior. Cumq; eum intueretur fo rum non dum propter iuuentutem ingredientẽ, sed siquid uellet agere apud fabrum frenarium penes forum sedentẽ; eo & Socrates cum suis nonnullis familiaribus accedebat, ac primo quidem quodam interrogante. Vtrum ne Themi stocles natura & inato ingenio an eruditione talis esset ut omnium in se ciuium suorum oculos coniectos haberet & in eum suas omnes esse fortunas sitas putarẽt; dum preser tim sibi esse frugi homine opus intelligerent Socrates ut Euthidemum cõmoueret stultũ inquit est putare artes eas quæ minores sint non posse absolutas reddi sine instructore Ciuitati uero præesse, cum sit id omnium maximũm posse quenq; ex se satis nosse Rursus quondam Euthidemo præ

sente,

sente, uidens eum Socrates recedentem a familiarium cõsessu & cauentem ne uideretur admirari Socratis sapiẽtiam O Viri ait Athenienses Euthydemus hic cum etate fiet maturior cumq; rogabitur sententia ex his quæ iam faciat in promptu est eum patrie suum non negaturum cõsilium. Videtur enim mihi quam optimum sibi ad conciones exordium parasse cum caueat ne uideatur quicq̃ a quoquã edisce re. Sic enim ut uidere licet exordief. A nullo quidem o Viri Athenienses unq̃ quidpiam didici, & cum audiui quosdã esse q̃ aptos ad agendum atq; dicẽdum, non ex studio eos conueni, neq; studui quenq̃ eorũ qui docti essent mihi magistrum habere, sed contra toto studio fugiebam non discere solum quicq̃ aquoq̃. Sed etiam uideri didicisse. Nihilo tamen ea consulam quæ mihi in mentem incidant. Conueniret id ipsum & his exordii captare qui quidem publice medẽdi potestatem posceret. A nullo quidem o Viri Athenienses, unq̃ medendi artem didici, neq; quesiui quendam doctorum artis huius mihi magistrum fieri omniq; studio cauebam non solum quidpiam a peritis discere; sed etiam uideri quicq̃ mea re nosse. Nihilominus peto ut concedatis mihi medendi licentiam. Conabor enim eam uestro cum periculo discere. Omnes idcirco qui aderant arrisere. Cum autem iam uideretur Euthydemus in Socratem dicentem esse intentior, sed cautẽ quicq̃ proloqui putaretq; taciturnitate assequi ut maturior uideretur, Hunc Socrates uolens prouocare inquit. Mirum q̃ qui citharizandi aut equitandi uelint artem discere, aut in aliquo similiũ instructiores reddi non per se conantur id assequi; sed peritiores adeunt eorumq; admonitionibus acquiescunt ac nihil preter illorum sententiam exequuntur, illud putantes sese sine præceptorũ opera nõ satis posse perdiscere. Illorum autem qui se uelint aptos ad dicendum atq; adremp. agendam effici nonnulli sunt qui sine ratione & studio repẽtino quodã casu se aptos fieri posse existiment At qui tanto ista sunt illis difficiliora quanto circa hæc longe plures studeant q̃ qui proficiant. Itaq; hinc patet quam maiori opus sit studio his qui ista de

siderent q̃ qui illa A principio igitur audiente Euthydemo sic alloquebatur eum Socrates. Cum uero sensit eum attentius promptiusq; suas disputationes audiẽte, Solus ad fabri tabernam illam accessit ac Euthydemo considente. Dic inquit Certe uti audio, multa collegisti eorum scripta, quos fuisse uiros sapientes senseris? Ita me Hercle inquit o Socrates & indies colligam q̃ queam plurima. Per Iunonẽ inquit Socrates admiror q; non in primis Thesauros colligere, q̃ sapientiam elaborasti. Patet hinc te non putare auro, argentoq; homines reddi meliores, sed uirtute fieri ditiores sapiẽtum dictis. Cum hinc Euthydemus se a Socrate putaret studiosum haberi sapientiæ gaudebat. Socrates uero ut sensit eum factam alacriorem hac laude. Qua nam in te inquit o Euthydeme dum uelis fieri sapientior hæc colligis scripta? Cumq; obticuisset. Euthydemus considerans quid, responsi daret, rursus Socrates nunquid in medendi arte? multa etenim medicorum scripta extant. Tum Euthydemus minime, isthuc inquit, Sed nunquid Architectus effici uis? Nam & is sententiis esse refertus debet. Non ego inquit. Sed geometra ne effici cupis uti Theodorus? Nec geometra inquit. Sed num Astrologus? Cumq; id quoq; negaret, Nunquid te uatem cupis? Nam te omnia habere Homeri carmina dicunt, Minime inquit Nanq; uates quidem noui in carminibus quidem edendis diligentes at ipsos ualde esse stultos. At Socrates Nunquid idcirco o Euthydeme inquit uirtutem queris obquam homines ciuiles & patres familias, & principatu digni utiles sibiq; suisq; efficiantur? Tum Euthydemus uehementer quidem o Socrates, istanc ipsam opto uirtutem. Per Iouem inquit Socrates artem per quam optimam uirtutemq; maximam desideras. Est enim hæc regum uirtus regalisq; nuncupatur. Verum inquit considerasti ne unq̃ an sine iustitia possis in huiuscemodi bonus fieri? Vehementer inquit Neq; enim est possibile sine iustitia bonum fieri ciuem. Quid igitur tu ne de te hoc perfecisti? Puto inquit o Socrates pre aliis me nihilominus uideri iustum. Vtrum inquit sunt, & iustorum uti & fabro

rum quædam opera? Sunt inquit, Num igitur inquit uti & fabri, sua habent monstrare opera. ita & iusti sua habent exponere. Tunc Euthydemus non facile possum iustitie opera exponere. Et ego per Iouem inquit Socrates, in iustitiæ, Non enim pauca istiusmodi in dies uidere atq; audire licet. Si itaq; uelis Socrates ait scribamus hic iustitiæ, subinde quæ esse nobis in iustitiæ uidebuntur subscribemus istic, hic uero deinceps quæ iustitiæ, Si tibi inquit uidetur his esse opus, facito. Tunc Socrates uti dixerat, adscripserat. Ac utrum ne inquit est in hominibus mentiri? Est inquit. Vbi igitur hoc collocabimus? Patet inquit q sub iniustitia, quid & malignari? Et hoc itidem. Tum & furari? Et hoc. Sub iustitia uero o Euthydeme harum nihil nobis ponemus? Malum inquit esset istuc. Quid uero Siquis dux electus iniustam inimicamq; ciuitatem predaretur in iuste ne hunc diceremus facere? minime inquit. Iuste ne igitur eum facere asseremus? Maxime. Quod si cum eis bellum gerens, eos deceperit? & id quoq; iustum. At si furetur illorum ipsorum res atq; arripiat iuste ne fecerit? Maxime. Sed ego a principio te putabam quantum ad amicos solum te ista interrogare. Quæcunq; igitur inquit sub iustitia collocauimus omnia & sub iustitia erunt æquæ collocanda? uti uidetur ait. Vis icciрco hæc ita componentes, diffiniamus iterum hæc eadem aduersus hostes, facta iusta esse, aduersus amicos in iusta? Sed fortassis aduersus amicos opus sit animo per quam simplici. Valde inquit Euthydemus Quid uero in quit Socrates siquis dux uiderit exercitum perterritum & mentitus dicat illico socios affuturos istocq; mendacio animos cōmilitonum leuet, sub quo nā id collocabimus? sub iustitia inquit uti uidetur. At siquis filio farina cum quo maxime indigeat respuenti in cibarii locum dedat, Et hoc mendacio illum liberarit, deceptionem hanc ubi collocabimus? & hanc inquit sub eodem uidetur. Quod siquis timens ne se amicus uite desperatione interimat, furetur aut atripiat, siue gladium, siue quicq aliud simi

le, hunc actum rursus ubi collocabimus? Me Hercle sub iustitia inquit Nec igitur aduersus amicos, ut tibi uidebatur opus est cunctis in rebus animo simplici? Minime inquit medius fidius. Sed si liceat reuoco quæ ante concessi, Multo magis hoc licet Socrates ait q̃ non recte concedere. Sed ne hoc etiam inuestigabile omittamus. Vter illorum qui nocẽdi causa amicos seducunt magis iniuriosus tibi uideatur qui sponte an qui inuitus decipit? Iam o Socrates ait non possum responsionibus credere meis quæcunq; nanq; huc usq; afferebamus, aliter nunc q̃ antea mihi uidentur. Nihilominus magis illum esse dicam iniuriosum qui sponte amicos decipiat. Videt autem ne tibi doctrinam atq; scientiam esse iustitiæ ceu litterarum? Ita inquit. Vtrum autem illum esse magis grãmaticum iudicas qui sponte non recte scribat ac legat, an illum qui inuitus? Qui sponte inquit. Cũ enim uoluerit possit recte quoq; eadem facere. Quicunq; igitur sponte, non recte scribat grãmaticus esset profecto qui uero inuitus non. Cur non? Iusta uero quæ nõ sunt utrũ ille scit qui sponte mentiatur atq; decipiat an qui inuitus? patet q illle qui sponte. Magis itaq; grãmaticũ qui litteras sciat q̃ qui nesciat esse putas? ita. Magis etiam iustũ qui sciat quæ iusta sunt, q̃ qui nesciat? Ignoro quo non pacto ista ẽt sic se mihi apparent habere. Quid uero Socrates ait quicunq; uera dicere uolens, nũquam eadem de eisdem dicat. Sed siue uiam quandam monstrare oporteat modo ad orientẽ modo ac occidẽtem eam esse dicat. Siue rationem reddere de eadem re modo maiorem, modo minorem eam ostendat quid tibi de illo homine uidet? patet inquit me Hercle ignarus illorum esse quæ scire putabat. Scis autem quosdã seruiles homines appellatos? Ita inquit. Vtrum propter sapientiam an propter ignorantiam? Manifestum est q ꝓpter ignorantiam. Vtrum autem propter ignorantiam fabricandi aut domos edificandi aut coria conficiendi hoc nomine uocari merentur? Ob nullum inquit istorum. Sed e conuerso potius illi ut plurimum seruiles sunt qui huiuscemodi sciant. Num igitur illis hoc conuenit nomẽ qui quæ bona

& honesta quęque iusta sunt ignorant? Ita mihi uidetur inquit. Oportet itaq; omnibus modis, Socrates ait conari ne simus seruiles. Per deos imortales inquit o Socrates ualde putabam in philosophia esse profectus per quam arbitrabar eruditus in illis effici quę conueniant homini cupido uirtutis. Nunc uero quātum me putas dolere cum uideam studia iam mihi habita nec ad hoc utilia facta ut possim de interrogatis ut decet respondere, nullāq; aliam doctrinę uiā habeam per quam melior efficiar? Tum Socrates dic mihi o Euthideme ait fuisse ne unq̄ apud delphos? Et bis inquit me Hercle. Considerasti itaq; ait in templo scriptam illam diuinam sententiam Cognosce te ipsum? Ita inquit. Vtrum ait nullius illam existimasti an conatus fuisti te ipsum qualis nam sis considerare? Non inquit me Hercle putabā enim bene hoc scire nam si me ipsum ignorarem quid aliud scirem? Vtrum autem se ipsum ille cognoscere tibi uideat qui nomen suū solum sciat an ille qui se ipsum considerat, qualis nanq; sit quantumq; in rebus humanis, ac usu earum ualeat? Quemadmodum illi qui equos emunt, non antea putant scire quęcunq; cognoscere uelint, q̄ cōsiderent, utrum bene domitus q̄ effrenatus & fortis an debilis, & citus an tardus sit, ac in aliis quonam modo se habeat in quibus equū ualere oporteat. Sic mihi uidetur inquit ut tibi qui nanq; se quantum ualeat nesciet se ipsum ignorat. At Socrates hoc quoq; manifestum est inquit, q; propter sui scientiam homines multorum bonorum sicut propter ignorantiam multorum malorum causa fiunt. Qui nanq; se cognoscant, quę sibi conueniant sciunt ac discernunt quę possunt, quę uero non possunt efficere; & cum agant quę sciant, perficiunt ea quibus indigeant, & fœliciter uiuunt. Cumq; ab illis abstineant quę ignorant nec in aliquo peccant, nec male agunt Quapropter cœteris hominibus possunt bene consulere bona quidem eis afferendo mala uero repellendo. Qui uero se quantum ualeant ignorant inepte se habent & aduersus cœteros homines & ad res humanas, nec quibus indigeant sciunt neq; quid agant, neq; quibus utantur. Sed his

omnibus frustrati bonis priuantur malisq; incedunt, & illi quidem qui sciunt quid agant, cum res quas uelint, obti- neant honoribus afficiuntur. Itaq; cum illi qui eis similes sunt libenter eis utuntur, tum illi qui frustrantur a rebus propositis cupiunt eos cōsulere: ac sibi eos preficiunt spem q; totam suam in eis collocant, maximeq; eos propterea di ligunt. Qui uero ignorant quid agant frustrati a re prepo sita non solum damnantur, & penis afficiuntur. Sed etiam in ignominiam incidunt atq; derisum neglectiq; uiūunt atq; contempti. Vides autem quod etiam Ciuitatum quæ cunq; suæ conditionis ignare fortioribus inferant bellum aliæ desolatæ, aliæ ubi libere erant ad seruitutem redigun- tur? Tunc Euthydemus uelim inquit o Socrates scias, q ualde mihi uidetur magni faciundum esse se ipsum cogno scere. Sed unde nam incipere deceat, hominem se ipsum considerare? Hoc mihi exponas. Illa itaq; Socrates ait quæ bona queue mala sunt utiq; scis, Ita inquit me Hercle; Si enim nec ista cognoscerem, mancipiis etiam profecto uilior essem; Age igitur ait mihi quoq; ea exponas. Non difficilem rem quæris inquit. Primum namq; ipsum sa- num esse bonum, ægrum autem malum puto; deinde cau- sas utriusq; eorum siue cibus siue potus sit, omniaq; alia quæcunq; ad sanitatem conducant; bona, quæ uero ad ægri tudinem; mala. Ipsum quoq; igitur ait sanum & ægrum esse cum cuiusdam boni causa fiant, bona, cum uero mali; mala sint necesse est. Et quando Euthydemus inquit; aut sanum esse causa mali aut ægrotum boni effici potest? Cū inquit me Hercle turpis exercitus nauigationis nociuæ cæ terorumq; multorum similium, hi quidem participes fa- cti pre ualitudine corporis pereant, ii uero abstinendo ab ab eis, ꝓpter infirmitatem salui maneant. Ita ais inquit atq; est, Sed uides q etiam utilibus rebus hi quidem pre ualitu- dine corporis participant, hi uero non propter infirmitá- tem. Hæcitaq; ait cum modo prosint modo obsint non magis bona q̄ mala sunt? Non inquit Euthydemus me Hercle. Sed sapientia tamen o Socrates absq; dubio bo-

num est. Quid nanq; non melius agat sapiens q̃ indoctus? Quid uero ait nõ audisti Dedalum a Minoe propter sapiẽtiam captum, coactum fuisse illi seruire patriaq; simul atq; libertate priuatum conatumq; una cum filio aufugere illũ quidẽ amisisse se uero ipsum nõ liberasse, nam ad quosdam Barbaros aberrauit ac eis ipsis seruiebat. Dicuntur hæc inquit me Hercle. Passiones autem Palamedis ignoras? Hunc enim propter sapientiam predicant omnes inuidia Vlyssis interemptum fuisse? Et hoc inquit dici audio; quot uero alios arbitraris propter sapientiam ad regem persarum ui ductos ibi seruire? Apparet igitur o Socrates ait fœlicitatem bonum proculdubio esse. Siquis ait o Euthydeme non illã ex dubiis bonis componat. Et quid eorum inquit quæ ad fœlicitatem conducunt dubium esset? Nil ait dum non addamus ei pulchritudinem, potentiam; diuitias, honores aut aliud quicq̃ simile istis, sed me Hercle addemus inquit. Quonam pacto sine his Fœlix quisq̃ esse possit. Illa addemus itaq; Socrates ait e quibus multa hominibus atq; periculosa euenient. Multi nanq; propter pulchritudinem ab illis perimuntur qui pulchros uenantur multi uero confisi potentia; maiora q̃ possint facere conati in multa incidunt pericula. Multi etiam propter diuitias molles effecti, & pigri insidiis pereunt, Nonnulli autem propter honores ac ciuilem potentiam, multa passi sunt. Tunc Euthydemus si neq; cum fœlicitatem laudem inquit recte existimo, fateor nec id scire, quid a diis petendum sit. Ad hæc nimirum Socrates inquit hæc quidem eo q̃ ualde putabas scire non considerasti Cum uero ciuitati preesse in qua populus dominatur cupis, patet q̃ scis quid nam populi dominium sit, Ita inquit profecto. Apparet autem tibi posse scire quidnam populi dominium sit; ignorantem populum? Minime inquit; & quos at arbitraris populum esse? Illos Ciuium inquit, qui pauperes sunt. Scis ergo ait qui nam pauperes sunt? Cur non inquit? Num etiam diuites ait cognoscis? non minus q̃ pauperes inquit; Et quos pauperes ait, quosue diuites,

appellas? Illos qui non habeant quæcunq; eis ad illa sufficiant in quibus contribuendum sit, pauperes, qui uero plus q̃ sufficiat habeant, diuites. Cogitasti ne unq̃ ait. o Euthide me q̃ quidem cum ualde pauca habeant, non solum satis habent, sed etiam super habundant, quibusdã uero nec ualde multa sufficiunt. Valde me Hercle inquit recte nanq; ad memoriam mihi reduxisti, quosdam nanq; tyrãnnos scio qui propter indigentiam tanq̃ egeni iniuriam inferre aliis coguntur. Si igitur hæc sic se habent Socrates ait tyrannos quidem cum populo qui uero pauca habent dũmodo boni dispensatores sint, cum diuitibus collocabimus. Ac Euthydemus mea ut uidetur cogit me uilitas hæc etiam fateri & considero ne melius mihi sit silere, & sic ualde condolens abiit seq; ipsum contempsit ac certe putabat hominem se esse mancipium ac ꝓpe seruilem. Multi itaq; eorum qui sic a Socrate redarguebant, nõ amplius eum adhibebant, quos ideo molliores putabat. Euthydemus uero non aliter arbitratus effici posse laude dignus nisi quam sæpe uersef cum Socrate, nunq̃ extũc aberat ab eo nisi aliquid urgens cogeret non nulla etiam imitabatur illorum in q̃ibus Socrates studebat qui cum sic eum uideret dispositum minime turbabat argutiis. Clarissime uero ac simplicissime omnia ei exponebat quæcunq; opinabatur oportere hominem scire ac in eis studere. Praticos itaq; aut mechanicos ac horum susceptiuos efficere suos auditores non festinabat. Sed ante ista putabat oportere moderatos eos facere cũ eos qui absq; moderatione in huiuscemodi ualeant magis iniuriosos arbitraretur; ac procliuiores ad male faciendum fore quas ob res primo quidem circa deos conabaf necessarios suos moderatos efficere. Alii itaq; cum alios de huiuscemodi re alloqueretur affuerunt Ego autem cum de similibus cum Euthydemo disputanti affui. Dic mihi o Euthydeme inquit uenit ne tibi unq̃ in mentem quomodo diligenter omnia dii imortales quibus indigeant homines crearunt? Ac ille non edepol ait. Non scis inquit quod cum luce egeamus, hoc dii nobis prebuerunt? Ita ait me Hercle quæ si nõ esset nihil inter nos

inter nos & cœcos interesset. nec profuiss‍e oculos habere. At qui cum quiete etiam indigeamus inquit noctem nobis quietis optimum tempus fecerunt. Valde etiam hoc ait dignum admirari fuit. At sol inquit cum lucidut sit horasq; diei cœteraq; omnia nobis patefacit. In nocte uero cũ ipsa tenebrosa sit. Stellas in cœlo fixerunt, per quas horis noctis nobis notificatis multa quæ oportet agimus, Ita est ait. Ac luna inquit non modo noctis. Sed etiam mensis partes nobis patefacit. Vehementer ait quod autem cum nutrimẽto nobis opus esset inquit hoc, e terra nobis dei produxere ac tempora ad istud Congrua præbuere quæ non solũ quibus indigemus multa atq; diuersa, sed etiam quibus delectaremur afferrent, quid tibi uidetur? Magnæ ait esse clementiæ. Qđ autem aquam quoq; nobis rem pretiosam prebuerunt plantis ad augumentum una cum terra aptissimam nobis cum aliis simul cibariis nutrimentum, quæ cum misceatur nutrientibus nos; digestibiliora, utiliora, ac delectabiliora ea facit q̃ quæ cum magna indigeamus abũdantissimam fecerunt, & hoc ait magnæ prouidentiæ est. Quod autem ignem inquit nobis dederunt frigoris expulsiuum tenebrarum dissolutiuum ad omnem artem omniaq; utilitatis gratia hominum facienda cooperatiuum, nil enim illorum ut uno uerbo dicam quæ ad uitam humanam utilia sunt homines absq; igne faciunt; Nimiæ bonitatis est ait atq; clemẽtiæ, Quod autem sol cum hiemale solstitium attingat ad nos rursus accedit fructuum hos quidem maturans hos desiccans, quorum uidelicet tempus preteriit, & cum hæc agat non propius uenit. Sed cauens ne si plusq̃ oporteat nos calefaciat; nobis afferat nocumentum, regreditur Cumq; iterũ ibi fuerit ubi nobis etiam manifestum est, ꝙ si longius aberrauerit; frigore cõgelabimur rursus mutatus nobis appropinquat in eaq; parte cœli uersatur; ubi q̃ maxime nobis ꝓsit. Edepol ait & hæc omnia uident, hominum gratia facta fuisse. Quod autem cum manifestum sit non potuisse nos sufferre, nec æstum, nec frigora si repente uenerint tã paulatim ad nos accedat sol tanq̃ paulatim a nobis recedit. Vt la

teat nos ad utraq; ꝯtraria iã existentes? Ego quidẽ ait Euthy demus hoc nũc cogito ne nõ sit aliqđ diis opus preter q̃ ut de hoibus curã habeant. Hoc aũt solũ me ipedit ꝙ ẽt cœtera animãtia participant his. Ad hæc Socrates nõne manifestũ est inquit ꝙ hæc ẽt ꝓ hoibus gignunt atq; crescũt. Qđ n. aliud aial tot fruit bonis a capris, porcis bob⁹, equis, asinis, cœteris aiantibus quot hoies, Mihi qdem uidet ꝙ pluribus bonis ab istis q̃ a plantis fruunt. Nutriunt nãq; atq; pecuniã exigũt nõ minus ab istis q̃ ab illis, Multiq; hoium his quidem quæ a terra germinantur non utuntur in cibum. A pecudum uero lacte, caseo, ac carnibus nutriti uiuunt, Oẽs aũt domantes & utilia animantia utuntur eis, ut coopgrato ribus & in bello, & in aliis multis. Concedo tibi hoc ẽt ait. Video nanq; illa quoq; quæ nobis sunt fortiora tã subiecta hominibus effici ut eis ut uolunt utantur. Qđ autem cum multa diuersaq; sunt bona atq; utilia sensus hominib⁹ creatunt ad singula congruos ꝑ quos omnia sentiamus. Qđq; rationem nobis largiti sunt, qua cogitaremus ac memoria teneremus quæ sentimus quidq; nobis conducat reperiremus, multos modos inueniremus quibus bonis quidẽ frueremur; mala uero depelleremus, & ad hæc linguam nobis prebuerunt per quam omnium bonoꝝ unus alteri cõmunicaremus docendo; leges ferendo; remp. gubernando. Videtur profecto o Socrates magnam hominum curam dii habere. Qđ aũt inquit quando nobis impossibilis est futurorum proũidẽtia ipsi nos in hoc iuuant ꝑ diuinationem exitum reꝝ interrogantibus manifestantes atq; docentes quo nam pacto q̃ optime fiant. Magni ait amoris hoc est. Te tñ o Socrates magisq̃ alios amare uident; quippe q nec interroganti abste; antea tibi patefaciunt quæ faciunda; quæue non faciunda sunt. Quod igit dii sint hominumq; habeãt curã tu quoq; o Euthydeme cognosces si non expectes quousq; deoꝝ uidens formas Satis nanq; erit opera eoꝝ. Considerando colere ac honorare eos. Cogita aũt ꝙ ipsemet ẽt dii eo modo se nobis ostẽdunt. Nam & cœteri dii cum oĩa nobis bona prebeant, nil hoꝝ tñ nobis palam nisi largiun

tur.Ille quoq; qui totum orbem ordinat atq; ↄtinet in quo oia honesta,bonaq; sunt quiq; cum semper eis utamur,sem per nihilominus recentia sana & imortalia ea nobis dat Ci tius q̃ homo cogitet & absq; defectu nobis administrãtia Hic maxima quidem intelligiť operans, hoc uero totũ gu bernans inuisibilis nobis est. Considera ẽt solem qui cum oibus manifestus esse appareat nõ tñ ↄcedat hominibus ple ne eum uidere ꝙ siquis impudenter eũ uidere coneť uisum ei aufert,Ministros quoq; deoꝝ inuisibiles esse reperies Ful men.n.qđ de sursum proiiciť patet & ꝙ oia quibus obuia ret superat non tñ neq; cum ueniat,neq; cum feriat,neq; cũ Abeat uideť Venti quoq; ipsi ꝙ inuisibiles quæ uero faciũt nobis,clara sunt,cũq; adueniant sentimus;Atqui hominis ẽt anima.Siquid aliud mirum natura diuina participat. Nã ꝙ in nobis dominať patet,uideť aũt minime quæ cũ quisq; ↄsideret non negligat inuisibilia necesse est,sed ex illis quæ fiunt potẽtia eoꝝ cognita honorare deos oportet. Ad hæc Euthydemusq; equidem o Socrates ait nec parumper negli gam deos hoc certe scio;doleo uero ꝙ mihi uideť nullum hoium unq̃ beneficiis deoꝝ ↄdignas retribuere gratias pos se.Non est ppea dolendũ ait o Euthydeme.Vides nãq; Del phicũ deũ interrogantibus quonãmodo quisq̃ diis gratum faciat respondentẽ,ꝙ lege Ciuitatis.Lex uero ubiq; talis est pfectoq; iuxta posse suũ quisq; deos sacrificiis placaret,quo itaq; pacto aut melius,aut magis pie deos quisq̃ honorare possit q̃ eo mõ quo ipsi precipiũt. Oportet igiť nõ ptermis so quoq̃ possibili quecũq;.n.hoc faciat is negligit deos hoc mõ deos honorare sperareq; maxima bona ab eis q̃s nanq; ↄpo, mẽtis a quoq̃ alio maiora speraret q̃ a diis q maxime nobis pdesse pñt Hæc uero sperare ab eis illũ oportet q eis placet, ille uero eis placebit q quam maxime illis obediat. hæc itaq; cũ & diceret & ipe faceret magis pios ac moderatos suos auditores efficiebat. De iustitia uero qd sentiebat palã oib⁹ erat cũ re ipsa & ope & priuatim singulis utiliter ac ẽm leges ↄuersaretur,& publice,in qbuscũq; magistratus pcipe rẽt siue i ciuitate siue i exercitu, ita obediret ut magis q̃ cœ

teri uideretur obtemperans. Cumq tribunus existens, non permisit populo contra leges enuntiare sententiam, sed tan tum obstitit impetui uulgi quātum nullus hominum unq̄ substinuisset. Cumq triginta illis tyrānis non obediuit quā do ei aliquid contra leges præcipiebant. Nam & cum pro/hibuissent eum iuuentutem instruere & cum præcepissent ei ac aliis ciuibus quendam ut moriturum apud eos duceret, Solus non obediuit eo q̄ cōtra leges præceperint. Et cum Melitus nomen eius detulisset, cœteris hominibus solitis dices adulationibus mollire ac orare quæ contra leges sunt atq proinde multis in iudicio absolutis is unus hoīū nihil sua in causa uoluit efficere quin cum facile potuisset absol ui modo ea quæ cœteri assolēt effecisset maluit subire mor tem q̄ cōtra leges quippiam adire. Cœterum tum ad alios tum ad Hippiam memini eum sic de iustitia disputantem. Nam cum post multa quibus abfuerat tempora Athenas appulisset adfuit dum Socrates ad quosdam diceret. Mirū esse profecto q̄ siquis uelit cerdonem, aut fabrum, aut equi tem instruere certa habeat loca quo eum mittat ut fiat do/ctior. Nonnulli etiam dicunt plena esse eorum qui aut bo/ues, aut equos bene instructos reddant. Siquis uero aut ipse instituerit uelle ediscere quidnam sit iustum, aut suos uelit liberos in ea re fieri eruditores non inueniat quo id assequa tur. Hæc cum audisset Hippias quasi increpans ad hæc ait o Socrates num & eadē dictitas quæ dudum te audiui predi cantem. At Socrates & q̄ ait hoc peius est o Hippias ne eadem quidem semper dico uerum & de eisdem tu fortas sis q̄ multa sapias nunq̄ eadem iterato dicis. Nempe inquit ille q̄ semper aliquid enitor noui edicere. Vtrum ne de his quæ certo scias putas siquis roget quot & quales sint littere Socratis alia tum primum, alia & nunc conaris dicere, Aut siquis de numeris roget; bis ne quinq decem sint utrum alias alia respondes? De his ait o Socrates eadem uti, & tu semper dico. De iusto uero ea puto habere nunc me quæ di cam, ut possit nemo contradicere. Per Iunonem ait magnū te bonum ad inuenisse dicis, si cessabunt ipsi iudices in pro-

ferenda sententia discrepare. Cessabunt quidem inter se ciues litigiis contendere. Cessabunt & Ciuitates armis de iusto disceptare. Ea de re non satis scio quo nam pacto abste discedam ni prius audiam de tam grādi ate inuentò bono differentem. At per Iouem inquit non audies ni prius proferas quid statuas esse iustum. Sat sit te alios omnes irridere semper rogare arguere, dū nolis cuiq́ respondere & nusq̃ sententiam tuam explicare quidnam inquit, nōne & tu perpendisti q̃ ipse, quoq; sentiam iusta esse, eadem aut quaq̃ cesso facere? Et quid hic ais? Tum Socrates id si non uerbis, sed opere ostendo, num tibi probatior ratio ea uidet q̃ quæ uerbis fit. Multo per Iouem inquit. Multi enim dum iusta dicant, iniusta faciunt, qui uero iusta fecerit nunq̃ iniustus est. Perpendisti ne tu me unq̃, ait aut falsum testimonium exhibentem aut calumniantem, aut amicos, aut Ciuitates ad seditiones excitantem aut quicq̃ in iusti agentem? Mini me inquit, abstinere idcirco ab iniustis ait, ne tu putas esse quid iustum? Vt uidere licet & nunc eniteris effugere tuam in medium proferre sententiam, ac dicere, quid putes esse iustum, non enim quæ agunt iusti, sed quæ non agunt dicis. Ego putabam inquit, Socrates nolle iniuriam in quépiam inferre, satis constans esse iustitiæ signum, id si tibi nō uidetur considera, si hoc tibi magis accōmodatum uidetur. Illū enim ego dico iustum qui pareat legibus. Vtrum eundem dicis o Socrates esse legibus obtemperantem, & iustum? Ita inquit. Non satis teneo ait, quem legibus obtemperantem, quem ue iustum esse dicas. Nōne inquit Socrates quæ sint urbis leges nosti? Nosco ait. Et quasi illas putas esse, quas ciues ait cōscripserunt, statuentes quid facere, & a quibus abstinere oporteat, legibus idcirco obtemperās ait Socrates num is erit qui secundū eas uiuat, non obtemperans erit qui eas transgrediatur? Vehementer inquit. Quicunq; igitur eis pareat, faciet iusta qui secus iniusta. Ita inquit profecto qui igitur iusta facit iustus, qui iniusta iniustus est. Iniustus uero qui preter leges uiuat Tunc Hippias quonam pacto o Socrates ait, aut leges, aut eis parere quisq̃ magni

bitet se gratias excepturum? Cui aut uelit magis esse amicus aut minus q̃ huic esse inimicus. Cui bellum quispiam minus inferat q̃ huic? Cui maxime uelit quispiam se amicum esse & minime inimicum? Cui plures esse amici atq; socii uolent, magis ue paucissimi inimici & hostes? Itaq; ego o Hippias Idem dico esse iustum, atq; legibus obtemperare ꝙ si tu aliter sentias profer, At Hippias recte neq; mihi secus de iusto est, ut sentiam; Non scriptas autem quasdam o Hippias cognosti esse leges. Has inquit quæ quidem ubi uis locorum similiter habentur. Habes igitur eas tu dicere esse ab hominibus latas? At id quonam pacto inquit cum neq; in unum omnes conuenire possint, neq; unius sint lingue. Quos igitur tu putas leges istas tulisse? Ego quidem deos putem istas hominibus leges dedisse. Nam lex quidem in primis apud omnes homines una est, ut deos colas. Et ut parentes item honorem ubiq; iubet lex ait. Et hoc inquit. Neq; parentibus licere misceri cum liberis neq; liberis cum parentibus. Num mihi ista uidetur o Socrates esse diuina lex? Quidni? Quoniam sentio inquit quosdam esse transgredientes. Etenim cœtera per multa transgrediuntur. Sed suppliciis afficiuntur qui a diis impositas leges transgrediuntur, quæ quidem nullo modo est homini possibile aufugere, ueluti qui ab hominibus positas tum ꝙ lateant fugiunt, tum ꝙ ui superant. Et quam penam inquit o Socrates tñ non possunt aufugere, cum aut parentes liberis; aut liberi, parentibus misceantur. Maximam inquit per Iouem Quid enim malorum maius in procreando filios; homines patiantur, q̃ si male procreent? Quo igitur ait pacto, male illi procrearent quos nihil prohibet; cum boni sint ex bonis, prolem procreare. Quonam inquit me Hercle non solum bonos esse oportet qui prolem procreant. Verum & etate firma, & ualida an tibi uidetur similia semina esse illorum, qui uirili etate, an qui decliui, an qui in matura sunt? At per Iouem inquit non fit mihi uerisimile. Vtra inquit igitur melior? Patet ait quæ Viridis; Num qui in mature

Incontinentes nõn liberi esse? per Iouem inquit,& merito, Vtrum incõtinentes uidentur,tibi prohiberi ea facere quæ honesta sint? an & cogi ea facere quæ turpia? Nõ minus hæc mihi uidentur,cogi agere. q̃ & illa prohiberi,quales tu dominos putes,qui bona prohibent,& turpia cogant; Hercle q̃ pessimos,Seruitutem quam tu esse putes pessimam? Ego inquit ille,hanc quæ apud pessimos dominos feratur.Pessimam igitur seruitutem incontinentes seruiunt, Mihi ait uidetur.Sapiẽtiam uero maximum bonum,nonne tibi uidetur?ab hominibus auferendo contrariam in partem eos cõcitare incontinentia.Namq; prohibens attendere,& ea edi scere? quæ profutura sint eos attrahit ad uoluptates & cum pluries bona malaq; discernat,illa absterriti peiora,pro melioribus eligunt, Fit quidem inquit. Castitatem atq; moderantiam,cui nam dicemus minus conuenire? q̃ incontinenti? Ipsa enim moderantia,atq; incontinentia opera contraria sunt,Fateor inquit. Putas ne inquit aliquo magis tolli incontinentiam.q̃ studiis rerum earum quæ maxime oporteant.Nullo prorsus. Qui uero pro utilibus,quæ ledant efficit ut eligas, quiq; ut his studio,perseueres; illa negligas suadeat cogatq; ea facere quæ in modesta sint.Putas ne homini hoc dari peius posse?Nihil.Continentiam igitur,contrariorum uerisimile est,causam hominibus esse, q̃ incontinentiam?Vehementer inquit,Causam inquit cõtrariorum uerisimile est;optimam esse?Est quidem inquit.Videtur igitur o Euthydeme ait optimum hominum esse continentia. Merito o Socrates.Illud o Euthydeme cõsiderasti ne unq̃? Quale inquit. Quoniam ait & ad uoluptates ad quas sola homines uidetur ducere incõtinentia,ipsa quidem non potest,continentia uero maiores efficit uoluptates , Quid ita inquit?Quemadmodum inquit incontinentia non famem non sitim aduentare permittens neq; ueneris desiderium; neq; uigilias per quæ sola uoluptuose edere,bibere;uenere uti quiescere,atq; dormire possit.prohibet necessariis & cõtinuis uoluptatibus,perfrui.Sic,& contra cum sola continẽtia desiderare ista faciat, Sola etiam perfrui recte uolupta-

tibus facit. Vera profecto atqui ait dicere quæ honesta & bona sunt in quæ studiis rerum earum uersari per quæ suum quisq; corpus bene regat, & propriam domum bene gubernet amicisq; atq; patriæ fiat utilis & inimicos superet, a quibus non solum utilitates, sed & uoluptates quoq; maxime capiantur, his omnibus continentes perfruuntur, cum quæ diximus faciant. Incontinentes uero in nullo participant. Cui nanq; minus hæc dicemus cōuenire q̃ illi cui minime licet hæc agere dum ꝓpinquis attineatur uoluptatibus. At qui Euthydemus uideris mihi o Socrates dicere, homini uoluptatibus seruienti nullam unq̃ uirtutem conuenire. Quid enim interest ait o Euthydeme inter hominem incontinentem & belluam? Nam quicunq; ea quæ optima non sint cogitat. Voluptuosa uero omnibus quærit modis exequi qd a pecudibus differt? Solis igitur continentibus licet ea cogitare quæ optima sunt, & dicere & facere; ac rerum quidem discrimina & secūdum genera disgregare, bona eligere mala secludere quo optimi atq; fœlicissimi reddātur, & bonorum docti ratiocinatores. Nam & dicebat recte ratiocinatorem dici q in unum consulentes conueniant rerum genera segregantes. Oportet itaq; conari ut ad ipsum hoc paratissimos; aut in hoc curiosos esse. Ex hoc enim effici homines dignos principatu bonosq; bonorum atq; malorum ratiocinatores. Quod autem bonos quoq; ratiocinatores suos efficere studuerit conabimur explicare. Illos enim qui quidpiam scirent, quid ipsum esset putabat & aliis posse exponere, qui uero nescirēt aiebat non mirandum esse si & ipsi fallerentur. & aliis erroris causa fierent, Quas ob res nunq̃ cessabat; cum suis auditoribus cōsiderare, quid quodq; rerum esset. At singula quomodo diffiniret, longum foret explicare; Quæq; igitur ad eius considerandi rem modum explicādum pertinere putem iam dicā. Principio de pietate in hūc modum Considerabat. Dic mihi ait o Euthydeme qualem tu putas pietatem esse? At ille optimum quidpiam me Hercle ait. Habes ne & qualem pium hominē esse dicas? Mihi inquit, ille; is qui deos ueneretur. Licet ne quo quisq;

uoluerit modo deos honorare, non inquit. Sed lege qua expositum sit quid facere conueniat. Quicunque igitur secundum leges faciet, scit ne quo pacto deos oporteat colere? Puto inquit qui igitur norit deos honorare non aliter putat hoc oportere facere, quam quemadmodum scit. Minime inquit. Est ne quisque qui deos honoret aliter quam putet oportere? Non puto equidem qui igitur, teneat leges circa diuinum cultum positas is profecto deos, secundum leges honorat. Vehementer inquit, Qui igitur deos secundum leges honorat, is uti oportet honorat. Quidni qui uti oportet honorat pius ne est? Maxime, qui ergo circa diuinum cultum leges positas sciat recte a nobis pius diffiniatur? Ita inquit, uidetur Hominibus autem utrum licet, quo quisque uoluerit modo uti? Non ait; Sed apud hos etiam quicunque sciat, quae legibus contineantur, quibus oporteat mutuo, uersari, ille profecto, legibus erit obtemperans. Quicunque igitur lege conueniunt, ut decet utuntur hominibus? Et quid ni inquit qui uero ut decet utuntur recte utuntur? Ita inquit. Qui recte hominibus utantur recte res humanas agunt. Verisimile istuc inquit qui legibus obtemperant, num hi & iusta faciunt? Maxime. Scis tu & quae iusta appellantur? Quae inquit lege imperantur, quicunque igitur ea fecerit, quae leges praeceperint, iusta & quae dicet faciet? Quid ni, Qui inquit iusta fecerint iusti sunt? iusti ut puto. Arbitraris ne igitur, quosdam obtemperare posse legibus ignaros eorum quae leges praecipiant? Minime, Putas ne esse aliquos qui cum sciant, quae oporteat facere putent tamen sibi oportere, non ea esse faciunda. Neminem inquit. Scin & quosdam, alia facientes, quam putent oportere? Non inquit. Qui igitur illas quae Circa conuictum hominum leges positae sint non ignorent, Hi iusta facient. Istuc inquit, Qui uero iusta facient iusti sunt. Qui nam alii mihi sint. Recte igitur eos diffiniemus iustos esse qui sciunt quae leges positae sint cura hominum conuictum & Societatem. Ita & mihi inquit uidetur.

Sapientiam vero quid esse dicemus? Vtrum tibi hi esse, in his rebus sapientes quae sciant an in his quae ne sciant, uidentur? Vti uidere licet; in quibus sciant quo enim modo quispiam in his foret sapiens quae nesciret? Vtrum sapientes ipsi sint scientia sapientes? At ille quo nam inquit, alio quisq̃ esset, sapiens ni esset scientia. Aliud ne putas si quidpiam esse sapientiam nisi qua sapiētes reddamur? Non inquit. Scientia igitur, num sapientia est? Ita mihi ait uidetur Vtrum tibi ait uidetur hominem posse, rerum habere omnium scientiam? Nō inquit, me Hercle ne minima quidem ex parte? In omnibus igitur hominum esse sapientem, non est possibile? Minime. Sapiens ne igitur quisq̃ est, ea in re quam sciat? Est inquit. Vtrum & bonum quoq̃? Iti dem disquirendum est? Quomodo inquit Videtur ne tibi idem omnibus esse profuturum? Non inquit. Quid num, & q̃ alteri interdum nociuum uidetur esse? Maxime. Aliud id circo quippiam dices profuturum. Aliud bonum esse? Non inquit. profuturum igitur huic bonum erit, cui pfuturum fiet? Istuc mihi ut inquis uidetur. At de his quae deceant num aliter habemus q̃ de bono dicere? an ni tu cum dicas cōdecens aut corpus, aut uas, aut aliquid eiusmodi dabisne quod sit, ad omnia condecens? non me Hercle inquit, num & ad quod quidpiam utile sit ad id eo oportet, uti. Nullum inquit ad aliud. Vtile autem condecens, ne illi est ad quos sit utile? Ad hoc idem ait. Vtile ergo illi condecens est, cui utile est? Est inquit. Fortitudinem o Euthydeme, utrum putas esse condecens? Puto quidem. Vtile igitur non ad minima putas esse fortitudinem? Hercle inquit ad maxima. Nũ tibi ad aspera, & periculosa uidet utile ignorare quae nam ea sint? Minime inquit. Quicunq̃ ergo non timeant huiusce modi q̃d ignorent quidnam sint, hi non sunt fortes? Non inquit. Multi enim hoc pacto insani ac formidolosi fortes essent. Quid ergo nunc & quicunq̃, non aspera timeat. Minus inquit me Hercle. Quicunq̃ igitur ad aspera & periculosa boni sint, fortes sunt, & qui mali idem & formidolosi? Maxime. Bonos ne ad haec alios tu putas, esse q̃ hos qui his

bene possint uti?Non inquit sed istos malos uero qui non possint bene uti eis? Quos alios putem? It,Singuli ne eis utuntur uti putant oportere. Quid ni. Qui uero non pos-sunt bene illis uti, sciunt ne bene illis uti?Minime. Qui er go sciunt, quid illis debeant uti illi & possunt. Soli inquit. Quid tum? qui non id peccant male ne utuntur? Non puto inquit. Qui ergo male utetur peccat? Verisimile istuc. Qui ergo sciant asperis & periculosis bene uti fortes sunt, qui ue ro in hoc peccant formidolosi? Mihi istuc uidetur inquit. Regnum autem, & Tyrannidem principatum quidem utrũ q; esse putabat, At inter eos multum putabat, interesse. Illũ enim qui uolentibus & non repugnantibus hominibus ac secundum leges, Ciuitatum principatum, regnum putabat. Qui uero inuitis & non secundum leges ad principis uo-luntatem ageretur Tyrannidem. Et ubi quidem principa-tus ab optimantibus legumq; obseruatoribus haberetur, Hunc regendi modum Aristocratiam putabat. Vbi uero a ditissimis principatum ex censu. Vbi uero ex omnibus po pulum. Quod siquis illi se se dicendo opponeret nihilq; af ferret q; clarum atq; probabile esset aut siquidem fortiorem sapientiorem magis ue ciuilem diceret, omnem is sermo-nem a principio adducebat ita ordiens. Tune hunc quem laudas ciuem, dicis eo esse probiorem quem ipse laudo? Dico aiebat? Cur igitur principio, ne cõsiderabimus, quid nam boni ciuis officium sit? Istuc agamus inquit. Qui pecu niis ciuitatem faciet ditiorem is in pecuniaria disceptatio-ne superior fiet? Fiet inquit. At in bello nunquid urbem superiorem esse faciet? Quidem. Si idem legatus quoquã exierit num is qui ex hoste amicum reddet. Fit id mihi ueri simile inquit. At in concione, qui sedat ortam seditionem concordiamq; restituit? Ita est ait. Cum itaq; per hunc mo-dum sermo deduceretur, illis contradicentibus ueritas elu-cescebat. Cum autem ipse quicq̃ pro se exponeret inde o rie batur, quæ maxime, apud quosq; essent cognita Hoc ser-monis genus putans habere. in progressu dicendi firmita-

occupetur, a multisq; optimis aliis rebus destrahatur atq; ut una omnia complectar cœlestia omnia ꝗ quæ dii machinentur scrutari dehortabatur. Neq; enim hominibus facile est ea adinuenire, neq; diis eos facere grata arbitrabatur qui ea quærant quæ ipsi dii in promptu & manifesta esse noluerunt. Quod siquis esset qui ea studiosius sectaretur; hunc non minus ꝗ Anaxagoram fore in periculo insaniun di qui quidem ꝙ nimium efferetur in orbis Machina dispositione explicanda insaniuit. Idem enim ille asserens ignem esse atq; Solem, ignorabat quantum ignem homines facile spectent, solem uero non facile queant intueri & solis radiis homines colore fiant fusco, igne non. Ignorabat & illud; quæ a terra oriantur nihil ni sole foueatur queat adolescere. Igne uero concalefacta omnia corrumpantur. Asserens etiam solem lapidem ignitum esse, ignorabat ꝙ lapis quidem cum igne assideat neq; colluceat; neq; diu duret. Sol autem totis annis lucidior extat. Connumerandi quoq; artem hortabatur discere. Atqui cum in cœteris tum & in hac admonebat, ne futilia ac non prorsus utilia prosequerenur, omnia deniq; & disputabat & cum familiaribus disquirebat nihilo plusꝗ ad uitæ utilitatem. Admonebat itē suos auditores, ut magnam haberent ualitudinis Curam cum a perítis discendo quæ commoda sint tum & totam per uitam de se obseruando quis potus, quis cibus, quisue labor conferat, quoq; modo eis utendo sincere uiuat. Qui enim ipsum se ita obseruaret, difficile medicum quempiam repertum cui ea sint magis cognita. Siquis uero uelit maiora assequi ꝗ per hominis ingenium liceat suadebat diuinationi se se dederet. Nam qui ea norit per quæ superi de rebus agendis homines certiores faciunt, hunc fore nunꝗ diuino destitutus consilio. Siquis autem qui a Iudicibus fuerit Socrates morte condemnatus ꝙ se familiarem haberet dœmonem diceret, quo in rebus agendis consuleretur putet eum esse mentitum. Primo quidem meminisse oportet; ꝙ tam grandis prouecteq; erat æta-

Num meministi ad hoc usq; tempus me nulli hominum concessisse melius aut suauius me uixisse. Optime enim eos uiuere deputo, qui maxime curant, ut q optimi reddantur. Suauissime autem illos qui maxime sentiant se se fieri meliores. Quæ ambo ed hoc usq; tempus mihi sentiebam contingere. Nam & cum alios homines conuenirem, meq; ad illos conferrem sic semper de me ipso sentiebam. Neq; id solum ipse. Sed item de me idem amici sentiunt. Non q me ament. Nam qui & alios amant eadem aduersus cæteros essent opinione quos ament, sed quod dum mecum uersentur se quam optimos fieri deputant. Quod si plus temporis uiuam fortassis & ea subeam necesse erit quæ senum sunt ut minus uideam minus audiam peiusq; intelligam fiamq; ad discendum tardior, & obliuiosior e quibus eram melior fiam deterior. Quæ omnia si non sentiam non esset mihi uiuendum, q si sentiam necesse est, ut peius insuauiusq; uiuam, preterea si iniuste moriar illis qui me iniuste interemerint erit facinus hoc turpitudini. Si enim cuiq afferri iniuriam turpe est, quid inerit turpe etiam iniuste quicq facere. Mihi uero quid turpe esset, dum alii de me neq; cognoscere, neq; facere ea uelint, quæ quidem iusta sint. Video etiam non eandem apud maiores habitam neq; eandem ad posteros deductam opinionem de his qui iusta fecerunt atq; his qui iniusta passi sunt. Tum & scio quod & si ipse nunc moriar de me futura sit non eadem cura atq; de his qui me iniuste interimerint. Scio de me illud attestabuntur. Socrates nulli unq iniuriam intulit, nullum reddidit deteriorem, sed suos semper conatus est auditores reddere meliores. Talia quidē cum Hermogene, cæterisq; aliis disputauit, illorum autem qui Socratem qualis esset cognoscebant, omnes qui uirtutem appetebāt ad huncusq; diem Item egregie desiderant tanq ad uirtutis cultum utilissimū eaq; mihi quidem cum esset eiusmodi Socrates, qualem eum fuisse narraui, tam quidem pius ut nihil non consultis diis aggrederetur, tam iustus ut ne minima quidem in re cuiq esset nociuus ac prodesset multo his qui se uterentur

continens ut nunq̃ uoluptatem honestis anteferret, prudẽs ut diiudicando melioraq; a peioribus secernendo nunq̃ ab erraret neq; alio extrinsecus adiumẽto ad horum cognitionem diffinitionemq; indigeret, sed sibi se ad id satis sufficeret. Cumq; plurimum posset in cœteris examinandis peccãtibusq; redarguendis, ac ad uirtutem & honestum hortandis uisus talis quidem est, quem omnium optimum & fœlicissimum statuam. Quod sicui nostra hæc non satis probentur Socratis ad cœteros homines comparatione rem ipsam diiudicet.

Impressit Romæ Ariottus de Trino Impensis Ioannis Mazochi Bergomatis. Kal. Decemb. M.D.XXI.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O Omnes sunt Duerni, preter O quod est Ternum.

6



NIVERSIS & singulis Salutem & Apostolicam benedictioné. Cum sicut accepimus Dilectus filius Ioannes Mazochius Bergomensis Xenophontis librum cui titulus est de factis & dictis Socratis; in quatuor discretum uolumina bo.me. Bessarione.S.R.E.Cardinale Niceno interprete, aũ hac nunquam in lucem ediuum; ut remp. litterariam sua industria iuuet, & bonis auditotibus ad cõmunem studiosorũ utilitatem augeat, suis sumptibus imprimédum curet. Nos qui huiusmodi homines paterno amplectimur beneuolentiæ & charitatis affectu. Ne fructus quos idem Ioãnes de tot impensis factis percipere sperat, alii id ipsum opus de eius exéplaribus excudendo percipiant prouidere uolentes auctoritate apostolica tenore præsentiũ oĩbus & singulis chalcographis, bibliopolis ac aliis cuiuscũq; dignitatis, gradus & conditionis existant; sub excomunicationis latæ sententiæ ac quingentorũ aureorũ dicto Ioãni; Cameræ apostolicæ & executori æque applicandorũ p contrauenientes eo ipso incurrendis pœnis expresse præcipiendo inhibemus ne ad Septénium, ab emissione librorũ huiusmodi computandum, eorũ quispiam per se uel alium seu alios absq; dicti Ioannis expressa licentia, dictum librum simul uel separatim imprimere, imprestumue, nisi ab eodé Ioãne uendere aut uendendum tradere ullis in locis audeat uel præsumat. Cõmittentes nihilominus interim nostris ac sedis apostolice Legatis Vicelegatis; Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis eorumq; Vicariis, ac oĩbus & quibuscũq; ad quos recursus habebitur in uirtute sanctæ obedientiæ, ut eidé Ioãni in prædictis pœnis, tam publicandis quam exigendis faueant & adsistant, oĩa & singula supradicta ei obseruando, & ab aliis quantum in se fuerit, inuiolabiliter obseruari faciendo contrariis nõ obstemantibus quibuscunq;. Datum in uilla nostra Marliana Portueñ. Dioc. Sub annulo Piscatoris Die.xxi. Nouébris. M.D.XXI. Pontificatus nostri Anno nono.

Ia. Sadoletus

